

V 882

4

A. D. T. O. M.
DISSERTATIONEM
DE
**NATVRA ET INDOLE
ARTIS HERALDICÆ,**
Oder
**Son der Natur und Wesen der
Wappen - Kunst,**

EX DECRETO INCLYTI PHILOSOPHORVM
ORDINIS IN ACADEMIA IENENSI,

PRO LOCO

IN EODEM, MAIORVM MORE RITEQUE
IMPETRANDO,
PVBLICO ERUDITORVM EXAMINI
SUBMITTET

M. MARTINVS SCHMEIZEL
CORONA TRANSILVANVS-SAXO,
RESPONDENTE
HERMAN. NICOLAO KOCH,

VERDENSI

Ad D. XIV. Junii A. R. S. M DCC XXI.

RECVSA ET EMENDATA 1740.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
LITTERIS CHRIST. LVDOV. SYMPHERI, ACAD. TYPOGR. (9)

DRUCKER AEGIDII
ARTS HALDICE
PROLOGO
IN FODORI MOLIE RITORE
PLATICO RADITORI MAXIMA
M MARTHINUS SCHWEIERI
HERMAN NICOLAO KOCH
HIERARCHIAE UNIVERSALIS
HIERARCHIAE UNIVERSALIS
HIERARCHIAE UNIVERSALIS



B. C. D.
DISSERTATIONIS
DE
NATVRA ET INDOLE
ARTIS HERALDICÆ
PROOEMIVM.

i quæ huic nostro æuo, præ superiorum seculorum conditione, afferenda sit prærogatiua atque eminentia, næ vel exinde nobis hæc gloria competit, quod nullum genus
A 2 doctri-

4. DISS. DE NATVRA ET INDOLE ARTIS HERALD.

doctrinarum, dignum ingenuis ac liberalibus animis, nihil denique honesti exercitii nominari queat, in quibus ætas hæc nostra, non excellat, maiorumque multis post se relinquat gradibus. Commemorare possemus hac opportunitate, desiderii maiorum in discendo quæsita, eorumque labores & conamina, atque comparare ea cum nostri seculi hominum conatibus, nisi nota iam esse doctis cognosceremus. In his vero, quæ nostro quidem æuo, e diuturnis eorum, qui nos præcesserunt, tenebris, cum magno bonarum artium doctrinæque elegantioris successu & augmento, in lucem prolata scimus publicam, ARTIS quoque HERALDICÆ studium, cultores suos habuit, etiamsi non plurimos, nobilissimos

mos

mos tamen æque ac doctissimos;
Quorum industria factum, vt nobis
lissima hæc eruditionis pars, in for-
mam redacta, exculta, vtque ab aliis
cognosci & perdisci possit, laudabili
opera fuerit propinata. Licet interim
nec illud inficiari possimus, hanc, quam
adumbrare nobis constitutum est, ele-
gantissimam disciplinam, Systematis-
que Historici non postremam partem,
pro præfenti ætatis nostræ statu, non
dum adhuc, tam plene excultam, pro-
inde & notam adeo esse, quin, inter illas
Eruditionis humanæ partes suum occu-
pare locum cogatur, quæ haud paucis,
ne quidem a longinquò notæ, aut per
transennam saltim agnitæ, sunt dicen-
dæ. Posseimus hanc nostram asser-
tionem, multis comprobare rationi-
bus, nisi ex nostra parte staret expe-

A 3 rien-

6. DISS. DE NATVRA ET INDOLE ARTIS HERALD.

rientia, qui catalogos librorum, & Ephemeridum contenta accuratius introspeximus, adeoque didicimus, quam raro in illis mentio facta fuerit, librorum, Artis Heraldicæ scita tradentium; id quod clarissimo est indicio, patricissimos reuera extitisse apud nos, qui excolendæ huic nobilissimæ disciplinæ, eam impenderint operam, quam eius dignitas omnino merebatur. Nobis econtra, cum altissimi Numinis prouidentia, ea contigerint huius doctrinæ adiumenta, quibus alios forte destitutos fuisse putamus, in id, (ceu omnes bonarum literarum doctores decet) incumbendum nobis esse duximus, vt, post aliarum disciplinarum sedulam culturam, in illius quoque doctrinis proponendis, pari opera & diligentia occuparemur, quæ de

de insignibus heraldicis, nomen adepta est suum; Et id quidem intra privatos museoli nostri parietes, pro virili seduloque; Ut autem aliis quoque, quibus hactenus de his sacris, nihil, aut forte non satis constitit, planum atque perspectum fieret, quid si bi velit nobilis illa Disciplina de Insignibus nos instruens, placuit nobis, publica hac, Pro Loco in amplissima Facultate Philosophica, rite obtinendo, habenda Dissertatione, eam adumbrare, totiusque eius Constitutionis Ideam tyronibus proponere; Quo instituto Cap. I. agemus de Nominis & appellationis ratione, Cap. II. de Definitione, Cap. III. de Divisione, Cap. IV. de Principiis, Cap. V. de Origine & Propagatione; Cap. VI. de Effectibus & Adjunctis; Cap. VII. de Caussis & Scriptoribus; Cap. VIII. de Methodo eam docendi & discendi, quibus tandem adiicie-

TYPUS

8 DISS. DE NATVR. ET IND. ART. HERALD. PROOEM.

adiiciemus *Analsin heraldicam Insignium Saxoniorum*,
qualiter ea , in area *Collegii Academicii*, la-
pidi incisa, omnium intuentium pro-
posita sunt oculis. Cui labori, vt
Deus T. O. M. ex alto benedice-
re, & in honorem suum, studiosæ-
que iuventutis commodum, omnia
vergere sinat, deuotis supplicamus
precibus.



CAPVT



CAPVT I.
DE
NOMINIS NOTATIONE.

I.

Omnis inquisitionis principium esse explicationem *Nominis & Appellationis*, canon est omnium sanorum Philosophorum; Prius igitur, quam rem ipsam instituti nostri aggredimur, ab expositione Nominis artis nostrae, primordia facimus; vocis enim vsu & significatione cognita, in ipsius rei perceptionem facilior nobis erit progressus.

B

II. No-

II. Notationem igitur Nominis quod attinget, *Heraldica*, nemine, quantum scimus, insufficiente, dicitur a voce *Heraldus* (1), vsu quidem latina, origine vero germanica; vnde vero hoc quicquid est nominis, derivandum sit, non vna apud omnes sententia (2).

III. Ra-

(1) Germanis *Heerold*, Latinis, *Facialis*, de quorum officiis, origine, variis appellationibus, munere, dignitate, prioribus & posterioribus temporibus, nostraque hodie astate, consueta, agunt siculvs, Regis Aragoniae *Facialis* in *Tract. de Armis*; *HAGIVS pecul. Tract. de Heraldis*; *VULSONIVS in Praef. Artis Heraldicae*, *HOEPINGIVS de Jure Insignium Cap. VII. §. 1. membro I. num. 122.* *LIMNAEVIS in Jur. P. Lib. VI. cap. 5. SPENERVS Opere Herald. in Proleg. P. I. §. 6. seq. ubi & *Icones* Heraldorum ari impressas, conspi- cias, ex PETRI PAILLIOTTI *Science des Armoires forte de sumtas; DICTIONNAIRE de l' Académie Françoise, CASANEVVE dans les Origines Françaises*, voce *Heraut. von GEHE in der Beschreibung des Herold*.*

(2) Sunt enim, qui Græciæ eius natales tribuunt, derivantes hanc vocem a vocabulo ἵερος, *Heros*; vel, quod Heraldi, ob singularem virtutem bellicam, *Heroum* nomine digni haberentur, imo sèpius eo insignirentur, vid. infra *Nam. 9.* in qua sententia est *Le LABOUREVR de l' Origine des Armes pag. 75. HOEPINGIVS Loc. cit. Num. XI.* vel, quod maxima atque palmaria munera Heraldorum pars, in torneamentis, circa *in signia*, tanquam *Heroum s. herof- carum actionum monumenia*, fuerit occupata, vid. *SPE- NERVS Loc. cit. §. 3.* Alii Gallis adscribunt huius vocis ori- gina;

III. Ratio autem ipsius adpellationis, ex Heraldorum officio clarissime patescit, cuius olim in Equirii seu Torneamentis (3) potissima

ginationem, derivantes eam ab obsoleta voce *harru vel harant*, vid. MOREAV aux Tableaux des France, chap. II. pag. 28. Denique alii, Germanicam esse origine vocem, assertunt, in qua sententia sunt *Du CANGE* in *Glossario*, vox *Heraldus*; AVCTORES *Dictionarii de l' Acad. Fr.* *Du CASA-NEVE* Loc. cit. MENAGE dans le *Diction. Etymologique*, vox *Heraut*, & ex nostris SPENERV^M Loc. cit. §. 3. quem reliqui compendiarii omnes sequuntur. Ast vero, cum vox *Heraldus*, composita videatur, nec in compositionis ratione assignanda convenienter artis hujus periti, quorum diversas sententias qui legere aver, videat LIMNAEV^M Loc. cit. Num. 122. SPENERV^M Loc. cit. DICTION. de l' Acad. Fr. Loc. cit. Ex ipsis tamen Heraldorum requisitis liquido adparet, propius ad rem accedere eos, qui ex vocibus germanicis *Heer* (*castra, exercitus*) & *old*, dialecto antiqua, *nova alt.* (*veteranus*) compositam putant, adeoque vocabulo *Heerold*, significari docent, *militem veteranum*, sive *senem in armis seu castris factum*; constat enim ex Historicorum monumentis, officium & honorem Heraldorum in Equirii usitatum, non nisi veteranis, & ad grave Martis opus, manu tractandum in idoneis factis militibus, prisco illo aeo delatum fuisse, testimonia collegerunt HOEPINGIVS Loc. cit. Cap. VI. Part. IX. §. 1. Num. 1450. SPENERVS Loc. cit. §. 5. seq.

(3) Germ. *Ritterspiele, Turniere, lat. Ludi equestris, Torneamenta, Hastiludia*, de quorum adpellatione, origine & habitudine, ut prolixius differamus, non est huius loci;

sima pars in censendis (4), tribuendisque (5)
in signi-

Illud dixisse sufficiat, doctos mirum in modum discrepare, tam in demonstranda vocis hujus etymologia & derivatione, quam in deducenda rei ipsius origine; Optima quæque collegit STRVVIS in Diss. de Ludis Equestribus sub Præsidio Schubarti Jenæ quondam habita, re-cusa vero Hale 1725. vid. MODII Pandectæ Triumphales, RVXNERI Turnier-Buch, de quo consule STRVVI Diss. de Doctis Imperitoribus §. 49. DU CANGE Loc. cit. voce Torneamenta, MENESTRIER. pec. de Torneamentis Tractatu. GVNDLINGIVM in Diss. de Henrico Aucupe pag. 134. legg. reliquos dabit FABRICIVS in Bibliogr. Antiq. Cap. 22. §. 8.

(4) Hinc Heraldici etiam *Judices Armorum* dicti, prius enim quam Equites decertaturi, in arenam admitterentur, insignia illorum explorare solebant Heraldi; quæ actio apud Germanos vocabatur die *Wappen-Schau*, *inspectio & lustratio insignium*; equites enim decursuri, ex nobilitate esse debebant; cum igitur hi cataphracta testi accederent, ex insignibus, & homen eorum & dignatio censeri debuit, ne quis ex plebe forte oriundus, feseingereret, vid. LIMNAEVIS Loc. cit. num. 122. DICTION. de l' Acad. Fr. voce *Blason*, conf. infra Num. 14.

(5) Hinc & Reges Armorum nuncupati; nec enim muneris Heraldorum ratio, in censendis tantum, sed & conferendis, Imperatorum Regumque auctoritate insignibus, consistebat, unde & coronam capite, manibus sceptrum gestasse, testantur harum rerum monumenta, quæ lege ap. SPENER. Loc. cit. §. 6. DICTION. de l' Acad. Fr. voce *Ray des armes*, MENESTRIER l' Art du Blason justifié pag. 219. figuram vero Regis Armorum, apud PAILLIOVUM & SPEN. Loc. cit. cernimus.

insignibus (6) consistebat, circa quæ, tanquam proprium suum & adæquatum Objectum (7), hæc nostra disciplina versatur.

§. IV.

- (6) An *Insigniis* æque ac *Insignibus*, casu tertio & sexto, dici possit, disputatum aliquando fuit inter Bartolom & Valla, quod ille *Insigniis* pro *Insignibus* scripserat; cum Valla tamen, Latinos meliores *Insignibus* scribere, ait SPENERVS Loc. cit. Part. I. Cap. I. §. 3. consuli de hac lite Grammaticali potest HOEPING. Loc. cit. pag. 9. LIMNAEVS Loc. cit. Lib. VI. Cap. VI. Num. 2. seq.
- (7) Ex quo pater, esse hanc, liberalis & ingenuæ doctrinæ, peculiarem & a reliquis disciplinis, quæ vulgo sub Encyclopædia nomine comprehenduntur, distinctam partem; Exponit enim de *Insignibus*, & quæ eo spectant, aliis rebus, quæ vtique ad nullam aliam disciplinam referri, aut in ea pertractari possunt, cœn ex idea quam proponimus, ad oculum patescere potest; Licet interim negari haud queat, habere hanc nostram cum aliis eruditio[n]is partibus, & præscriptim cum Historia Civ. fororum vere & immediatum nexum; primo quidem, quod sine earum cognitione, non possit plene & solide pertractari, quam in rem audiamus celeberrimum Artis hujus instauratorem MENESTRIERIVM Loc. cit. Cap. XIII. pag. 320. ex versione Speneri Loc. cit. Proleg. §. 21. ita differenter: *Insignium Disciplina species est Encyclopaedia, habet suam Theologiam, Philosophiam, Geographiam, Jurisprudentiam, Geometriam, Arithmeticam, Historiam, atque Grammaticam.* Prima explicat ejus mysteria, nempe Theologia est fabulosa, mysteriis plenas origines familiis assignans, easque a Diis deducens; Secunda applicat proprietates figurarum;

IV. Atque hinc Ars Heraldica, alias dicitur *Disciplina insignium* (8), *Scientia Heroica* (9), &

Artem heraldicam sive *heraldicam* *artem* *voce*
rum; *Tertia ostendit regiones, quibus ortae, habitent, vel di-*
versos ramos extenderint stirpes illustres; Quarta explicat
ius insignium, quod attinet discernicula minorum fratrum,
collocationes armorum in locis publicis, occasione patronatum
um Sc. *Quinta considerat figuratas earumque statim; Septi-*
ma explicat causas, ultima evolvit terminos horumque ori-
ginem; conf. RUDOLPHI Heraldica Curiosa, in Praefat.
Hinc multa olim requirebantur a Fecialibus seu Heral-
dīs, ut docet FAVINVS in Theatre d honneur Lib. I. cap. IV.
pag. 54. seq. apud SPENERVM Loc. cit. imo hodie etiam,
non unius saltim disciplinæ accurata notitia in illo
supponitur, qui aliquam in Heraldicis posuisse ope-
ram, dicendum sit; Secundo, quod haec nostra alia rursus
eruditio partibus, haud exiguum affundat lucem, qua-
lem a reliquis expectare haud possunt; illæ vero sunt,
Historia Civ. Genealogia, Jus Publ. Jus Feudale &c. un-
de & inter administrativa harum disciplinarum, merito re-
fertur Heraldica.

(8) Tanquam a proprio suo Objecto, de quo infra suo loco pluribus.

(9) Insignia enim, prima quidem sui origine, sunt faci-
norum heroicorum signa & monumenta; hinc apud
LABOVRERIVM de l' Origine des Armes §. 75. & AGRIPPAM de
Incert. & Vanit. Scientiarum cap. 81. alloquium legimus
Caroli M. ad milites suos, ut viros se gererent, dicentis:
Commilitones mei, vos heroum nomine digni habemini;
Ceterum hoc Titulo, nostram hanc artem insignivit præ-
fatus AGRIPPA Loc. cit. MARCVM quoque VULSONIVM de la

CD*

voce barbara, *Ars Armorialis* (10); latinius vero
&

COLOMBIERE Nobilem Gallum, *Parisis* 1648. f. Tractatum publicasse constat, sub Tit. *Science Heroique, contenant de la Noblesse, & de l' Origine des Armes, de leurs Blasons, Symboles Sc.* quod egregium opus ex altera editione prodidit *Parisis* 1669. fol. Hinc, duplice vice errasse FRID.
WILH. SCHVMACHERE cognoscimus, quando in der kurz-
gefassen Wappen-Kunst, cap. IV. §. 7. scribit: *Vulson ein Franzos aus Champagne, (fuit enim Delphinus) hat zur Zeit Henrici Aucupis (vixit enim circa 1640.) erfunden, die Heroldsfarben mit Linien und Strichen zu unterscheiden;* quamvis nec illud reticendum, ipsum non tam ex sua quam aliorum mente hic loqui; de qua re infra suo loco ex instituto.

- (10) Vocem *Arma lacissimæ* significationis esse, incom-
perturb illi minime potest esse, qui FABRI *Thesaurum*
hac voce, inspicere velit; BARTOLVS autem, novo rur-
sus significaru, *Arma pro insignibus* dixit, ex illa videli-
cer ratione, quod insignia plerumque in armis olim
pingerentur, scuto præsertim, ut hinc, armati totoque
corpo cataphracta tecti equites, dignosci possent;
quam ob rem rursus a *Valla* exagitatur Bartolus, quem
tamen tueri nititur exemplis ex antiquitate desumis
HOEPINGIVS *Loc. cit.* §. 26. seq. LIMNAEVS *Loc. cit.* cap. 6. §.
1. seq. SPFLMANNVS vero in *Apilogia* p. 22. ingenue fate-
tur, se non affirmare, quempiam antiquorum, expre-
sse vocem *arma pro insignibus* usurpare, etiam si ipse
ea utatur; ut & TIRAQVELLVS de *Nobilitate* cap. VI. §. 19.
SYLV. de PETRA SANCTA de *Tesseris Gentilitiis*, cap. 1. alii
apud SPENERVM cap. 1. §. 4. seq. Quicquid huius interim
sit,

16 DISS. DE NATVRA ET INDOLE ARTIS HERALD.

& rectius, *Scutaria* vel *Tesseraria* (11); Galli
eam nominant *Science* s. *L'Art du Blason* (12),
Scien-

*sit, illud indubium, a voce arma, formatum esse ab ali-
quibus, barbarum vocabulum armorialis, & ab hac, Gal-
lorum armories, vid. num. (13)*

(11) A scuto quidem, primario insignium subiecto, in
quo imprimis, dignata illa gentilitia figurabantur
olim, hodieque pinguntur; *Tesseraria* vero, a figuris,
tanquam proprio insignium objecto, qua alias *Tessera*
gentilitiae, seu icones *tesseraria* appellari solent, vid.
SPEN. Cap. I. §. 5.

(12) Hoc Titulo, haud pauci scriptores, suos insignire
libros voluerunt, quos vide in PAILLIOTI *Prefat.* quam
præmisit operi *La vraye & parfaite Science des Armoires*,
SPENERI *Syllabo*, & DU FRESNOY *Catalogo* supra citato.
Ipsum vero vocem *Blason*, a germanico *blasen*, derivari,
etiam ipsos Gallos habemus confitentes, quam in rem,
unum saltim adducimus testimonium, ita enim MENA-
GIVS *Diction*. *Etymol.* de hac voce differit: *Le plus com-
mune opinion est*, que *Blason* & *blasfonner*, viennent de ce mot
allemand *blasen*, qui signifie sonner du cor, tonare, ampulla-
re, a cause, que dans les anciens tournois, ceux qui se presen-
toient a la lice, sonnoient du cor, pour avertir de leur arri-
vée, les Herauts en suite sonnoient de leurs trompes, apres
quoy ils blasonnient les armes des chevaliers, qui vouloient
combattre, & les decrivoient a haute voix &c. ita & MENES-
TRIER in *Traict.* *La Science de Noblesse* pag. m. 2. seq. & DI-
CTION. de l' Academ. Fr. hac voce. Atque haec est rece-
pta & vulgaris vocis hujus derivatio, Illustris autem &
celeberrimus quandam Polyhistor LEIBNIZIVS, aliam
plane

Science des Armoires (13), item L'Art Heraldique
(14),

plane hariolatur originationem, in Literis ad B. SPENERVM seniorem, datis, ubi ita fatur: Ceterum, ut obiter nunc dicam, de rebus ad Heraldicam in genere pertinentibus, mihi non usque adeo probabilis visa est C. V. Claudi Menetrierii sententia, qui blasmonia artis, receptum apud Gallos, nomen dicit, a circumstantia quadam satis remota, quod scilicet tuba inflari soleret in torneamentis, id quod nos Germani dicimus *blasen*. Cum vero nihilominus satis verisimile sit, germanicam esse vocem, nec scio, annon rei insignium proprius videatur, quod mihi aliquando occurrit; scilicet, *blasse* est vetus germanicum vocabulum, quod hodieque in regionibus istis de equorum notis usurpatur, & in genere est *nota*, *marque*, adeoque etiam *eine narbe*, unde & gallicum *blessure*, *blesser*, quod originaria significatione est *zeichnen*, deinde *benarben*, vulnerare; solent autem saepe radices vocabulorum amitti, ac servari surculi. Et cum sciamus eos, qui nomina rei Heraldicae apud Gallos imposuere, affectasse appellationes reconditas, peregrinas & antiquas, hinc natus illis *Blason*, ab antiquo germanico *Blasse*. Neque enim geminatio s. nos turbare debet, qua satis variat, ut videmus, a *bas*, non tantum esse *bas*, sed & *basso*, *bassier*, ita a *vasso* fit *vassallus*, ut alia taceam; itaque Blasmonica, quam vocant, est scientia *notarum*, *colorum*, *insignium*, der *Blassen*, quibus imprimis illustres familiae distinguuntur; vid. CHRIST. MAX. SPENERI *Alte wahre Herolds-Kunst* pag. 19. seq.

(13) De hac appellatione ita MENAGIVS Loc. cit. On prend aussi les mots *Armes*, *Armoires*, pour le *Blason*, *Enseigne*, *Devise*, ou *Emprise* d'un gentil homme, ou les appelle aussi en cette facon

C

Armo-

(14), *Science de la Noblesse* (15). Nobis Germanis

*Armoires, conf. DICTION. de l' Acad. Fr. Artic. Armes, CASA-
NEVVE dans les Origines Franç. Art. Armoires.* Sub quo
Tit, plures libri Heraldici prodierunt, ut videre est apud
eos, quos Num. 12. excitavimus.

(14) Audiamus hanc in rem rursus ipos Gallos. On apelle
*Art Heraldique la Science, qui traite des Blasons, & des an-
ciens jeux & fêtes des chevaliers, on lui a donné ce nom a cau-
se, que la principal fonction des Hérauts estoit de regler ces jeux,
& de le trouer aux Turnois & joustes, on ils tenoient registre des
noms & blasons des chevaliers, qui s'y présenteroient, vid.
DICTION. de l' Acad. Fr. Art. Heraldique; Ceterum, qui hoc
nomine suos libros insigniverint, legi possunt apud cita-
tos Num. 12.*

(15) Hoc nomen adhibuit MENETRIERIVS & præposituit ele-
ganti suo libello: *La Science de la Noblesse, à Paris 1691. 8.*
ex ratione in Dedicatione ad Delphinum adducta, scili-
cer, quod hanc artem scire, Nobiles imprimis deceat, iis-
que propria quasi sit, propter insignia, Nobilitatis digma-
ta. Eo non minus digitum intendit doctissimus Anglus
HENR. PEACHEM, in Libro quem inscripsit: *Compleat Gentle-
man Lib. III. pag. 51. ubi de studiis Nobilium differens
scribit: Because nothing more beseems a Gentleman than the
knowledge of Arms h. e. nobili inter alias nulla scientia tam
necessaria est, quam ea quæ de armis seu insignibus agit,*
vid. SPENERVS Loc. cit. pag. 15. seq. Nosse igitur, & qui-
dem ex debito hanc nobilissimam de Insignibus discipli-
nam, decebat & nostros Nobiles omnes ac singulos, qui-
bus egregia ista familiarum suarum ornamenta, peculi-
arisque dignitatis criteria, quæ Ars Heraldica explicat
atque illustrat, jure suo sunt propria; quam vero ignari
ejus

nis appellatur *Herolds-Kunst* (16), *Wappen-Lehre*, *Wappen-Wissenschaft* (17), ceu omnibus per quam est notum, qui ab his sacris non plane sunt alieni.

CAPVT II.
DE
DEFINITIONE.

I.

Perceptis iis quæ ad Definitionem nominalem spectare videbantur, *Realem* nunc proponimus, quippe quod natura rei cuiusvis, non aliun-

ejus sint plerique, facili posset demonstrari negotio, nisi quotidiana nostri loco loqueretur experientia, & errores, in multorum insignibus, obvii.

(16) Eadem adpellationis ratione, quam supra Num. 2. &c 14. docuimus.

(17) Notius ista sunt, quam ut explicatione indigeant; illud saltim adnotasse dignum erit, insignia, *Wappen* seu *Wapen* dici, antiqua scribendi & pronunciandi ratione, etiam hodie in Germania inferiori, usitata; quod enim nobis *Waffen*, illis *Wappen*, f in p commutato, dicitur; Remansit tamen superioris Germaniae incolis ipsa vox *Waffen*, sed diversi significatus a voce *Wappen*, illa enim arma per se, ista *insignia* denotat, vid. GOROP. BECANVS in *Franciscis Lib. IV. p. 92.* LIMNÆVS. Loc. cit. Cap. VI. Num. VII.

20 DISS. DE NATVRA ET INDOLE ARTIS HERALD.

aliunde nec melius nobis innotescat, quam ex accurata ejus Definitione.

II. Definimus vero Heraldicam, quod sit Ars (1), qua illa omnia, que ad Insignium (2) tam construendorum quam resolvendorum notitiam (3), eorundemque Historiam

(1) Qua notione conceptum genericum Disciplinæ huius exprimimus; versatur enim circa Insignia tanquam suum obiectum, artificiose, secundum regulas Facialium, ceu ex toto eius processu evidens est. Quod si vero quis per Scientiam definire velit, non repugnabimus, habebit enim quas hanc in rem adducere queat rationes. De cætero, nos heic non immiscemus sterili illorum commercio, qui plerumque circa terminorum occupati corticem, rerum nucleus e manibus amittunt.

(2) Adeoque Objectum Artis huius proprium & adæquatum, sunt Insignia, quæ a variis varie describuntur, ut videre est apud SPENERVM Operè Herald. P. 1. cap. 1. § 8. seq. Quod si vero respectus attendatur, quem pro præsentí rerum statu important, rectissime definiri posse arbitramur, quod sint Tesseræ seu Signa honoris atque dignitatis, sub innolucro variarum figurarum & tinturarum, ex summi Principis autoritate, certis personis aut familiis, iure hereditario collata, ut ius quoddam atque ornamentum iis elargiantur; de origine vero insignium, variis speciebus & differentiis, partibus item & figuris, infra nobis agendi locum relictum esse sentimus.

(3) Ex his, & qua sequuntur verbis, conceptus specificus clarissime patescit; occupatur videlicet hæc nostra disciplina, circa Naturam & Constitutionem Insignium; primo quidem, proponendo & præscribendo modum
& re-

CAP. II. DE DEFINITIONE.

ſoriam (4), nec non uſum ac varios effectus, jura (5) denique ſpectant, dilucide proponuntur & explicantur (6).

CAPVT

& regulas Feſcialium, quarum tenore, hæcce dignitatum & præminentia tecmīria, ſecundum omnes partes, figuras & tinturas, rite, ordineque Feſcialibus olim conſueto, conſtrui pariter atque diſponi debeant, id quod Gallis dicitur compoſer, Germanis aufzeichnen; Nec vero in eo ſubſiſtit hæc noſtra ars ultimato, verum ultra progreditur ad praxin, adeoque, abſolutis iis quaꝝ ad Theoriam pertinēt, porro docet, qua ratione totius compagis partes, ſecundum regulas feſciales, reſolvi, enumerari & enuntiari debeant, id quod Gallis vocatur dechifrer I. blaſoner, Germanis, viſren, auslegen, blaſoniren; hinc in Diplomatibus Cæſareis, ſæpe occurrens vox Blasnirung, facile intelligitur, vid. HOEPINGIUS Loc. cit. Cap. XI.

(4) Nec enim circa Inſignium Naturam, partiumque illorum omnium diſpoſitionem & resolutionem tantum verſatur Ars Heraldica, verum in Historiaꝫ quoque ampliſſimos campos excurrit, proinde ex antiquitatū monumentis, natales quoque inſignium indagat, idque tam in genere, quoad originem remotissimam, quam in ſpecie, quoad cuiusvis dignatis primam collationem, & ſignificatum; qua artis Heraldicæ Pars, Historica dicitur, qua de re Cap. seq.

(5) de quibus in ſequentiibus p. 25. ex iſtituto agemus.

(6) Aliorum definitiones ſive descriptiones SPENERVS pro- pinat, in Operे laudato.

22 DISS. DE NATVRA ET INDOLE ARTIS HERALD.

CAPVT III.
DE
DIVISIONE.

I.

Pro diversitate considerationis, qua hæc nostra Disciplina, circa insignia, tanquam Objectum suum versatur, duas soritur *Partes*, quarum unam *Theoreticam* (1) dicimus, alteram vero *Historicam* (2); *Illa* insignium ~~speciem~~ propinat, proinde, quicquid de *Natura* & *Indole* *Insignium* scitu necessarium est, explicat; quo spe-
tant *Nominum ac adpellationum rationes* (3), *Defini-
tio*

(1) B. SPENERO Pars *Generalis* dicitur, qua exponitur, quic-
quid ad protheoriam insignium spectare videtur, de qui-
bus in sequentibus differendi erit locus.

(2) Hanc SPENERVS Partem *Specialem* adpellat, quia specialem
tesserarum Historiam indagat exponitque, ceu infra sta-
tim pluribus docebitur.

(3) Magis vistatum nomen est pluralis numeri, *Insignia*;
Homonymiam præ reliquis evolvi HOEPING. Loc. cit. cap.
1. Num. 9. seq. conf. SPEN. Cap. I. BECHMANNVM Exercit.
Iuris Publ. XI. quæ est de *Insignibus*. Aliæ bene multæ
adpellationes occurrunt apud scriptores Artis Heraldi-
cæ, quales sunt: *Tessera Symbolica*, *Icones tesserariae*, *Sym-
bola gentilitia*, &c. nostris *Wappen*, *Schild und Helm*; Gal-
li vocant, *armes*, *armoires*, *blason*, *devise*, conf. SPEN.
Loc.

tio (4), Distinctio varia (5), Cauffæ (6), Ori-
go

Loc. cit. Plura Latina, Greca & Hebraica nomina dabit
FRID. RAPPOLTVS in *Dissert. de Insignibus cap. I. seq.*

(4) Quam pro præsenti Insignium ratione adornatam,
jam dedimus Cap. 2. num. 2. plura qui avet evolvere po-
terit SPEN. *Loc. cit. §. 9.* LIMNAEVVM in *Jure P. Lib. VI.*
cap. 6.

(5) Distinguntur Insignia pro diversa ratione varie, &
quidem 1) ratione Figurarum, quatenus in nonnullis vel
honorableis, vel vulgares conficiuntur, vel utriusque
generis mixtura, vel quatenus figura ipsæ, possessoris
nomen eloquentur, qualia sunt insignia æquivoca, reden-
de Wappen; 2) ratione Compositionis, quo respectu, alia
unam, alia plures habent areas; 3) ratione Specierum &
Significatus, quem important, hoc respectu alia sunt insignia
Dignitatis, & quidem vel Ecclesiastica vel Politica, idque
rursus, vel personalis vel gentilitia; alia Domani, quæ
dominium signant, & quidem vel realem possessionem,
vel pretensionem, vel possessionis amissæ solam memoriam;
alia Communitatuum, ut Academiarum, Civitatum, Or-
dinum &c. 4) ratione Actatis alia sunt antiqua, alia
recentiora; 5) ratione Collationis, alia sunt publica, alia
privata; reliquas differentias, qui legere velit, evolvat
nostram *Introductionem in Heraldicam pag. 100. seq.*

(6) Et quidem Efficiens Insignium cauffæ, pro moderna
earum habitudine consideratorum, in quovis regno est
summa Majestas, a qua, tanquam fonte, omnes hono-
res manant; in nostro quidem Imperio, *Imperator*, va-
cante vero imperio, *Vicarii Electores*; imo & *Austriæ*
Archiduces, *Electores Sax.* & *Palatinum ad Rhenum*, in suis
ditionibus ius illud exercere posse, legitimus apud HOPPING.

C. VIII.

24 DISS. DE NATVRA ET INDOLE ARTIS HERALD.

go (7), diversi admodum acquirendi insignia Modis
(8); Por-

C. VIII. §. 1. Membr. IV. N. 71. seq. LIMNAEV M L. IV. C. II.
N. 21. L. VI. c. 6. N. 29. ZIEGLER de Jure Maj Lib. II. cap.
3. §. 9. MVNDIVM de Comit. Palat. Cap. 3. §. 298. seq. conf.
SPENER. Loc. cit. §. 10. seq. KVHNIVM in Diss. de Jure Sum-
morum Imperantium circa Insignia armorum. Caulia Ma-
terialis ex qua sunt tincturæ & figuræ; In qua, scutum
& galea. Formalis & quidem externa, varia figurarum
& tincturarum discrimina & dispositiones; Interna,
vis tincturarum significativa, de qua tamen in pleris-
que Insignibus, antiquioribus præprimis, nihil certi
potest adfirmari; conf. LIMNAEV Lib. VI. cap. VI. Num.
11. seq. SPEN. Cap. IV. §. 25. seq. Cap. V. §. 25. seq. Finalis, ut
sint dignitatum, possessionum, facinorum præclaro-
rum tecmiria & præmia; personarum, familiarum,
collegiorumque criteria, imo & respectu habito ad poste-
ros, esse debent incitamenta, ad maiorum suorum ve-
stigia sequenda premendaque; alios effectus lege apud
SPEN. Cap. I. §. 28. seq. RVDOLPHI p. 31. seq.

(7) Originem Insignium quod attinet, non est, vt heic
commemoremus, diversas doctorum opiniones, præ-
fertim illorum, qui signa varia & qualiacunque, apud
antiquissimas gentes usitata, cum Insignibus modernis tur-
piter confundunt, vid. SPEN. Cap. II. RVDOLPHI Cap. I.
seq. Hæc enim nostra ars versatur circa Insignia mo-
derna, quatenus ea vel dignitatem, vel possessionem,
vel aliam prærogativam important; denique, quatenus
hæreditaria sunt & immutabilia; hoc igitur respectu,
si originem Insignium inquiras, eam, ab Henrici Aucu-
pis temporibus plerosque Heraldicos deducere, leges apud
MENETRIIVM dans la Science de Noblesse p. 2. SCHVRZFLEISCH.
Diss.

(8); Porro omnes eorum & singulæ Partes, tam
Essentia-

Diss. de Nobilium Insignibus §. 2. ut enim Rex ille, ludis equestribus, ita & gentilitiis honoribus, decus atque robur addidit inter suos, quos exteri etiam deinceps sequi sunt. *Illustris vero GIOVANNI in Germania Principe pag. 7. n. o.* dicit, insignia Heraldica medio ævo, in usu non fuisse, adeoque ridet nærias artis huius doctorum, qui tantæ verutatis otiosi sint promissiores &c. Cui sententia haud cunctatam subscrivere, si de origine ei sermo sit, quæ ultra Seculum XI. adscendat; ab hoc enim ævo usum Insignium omnino sensim invaluisse, vel exemplum docet, quod conspicitur Ratisbona in æde S. Emerani, ostenditque Insignia Comitum a Wasserburg, publice adposita A. MX. Hinc MENETRIER dans l' *Abbregé Methodique p. 4. seq.* contestatur, se nec in Gallia, Italia nec in Germania, hoc antiquius aliquod exemplum reperire potuisse, quamvis diligentissime ubique quæstitum. Proinde, qui vel ultra Sec. XL adscendere eorumque originem ostendere, vel, post illud ævum, illorum usum negare veller, utrumque næniari merito dixeris.

(8) Ut acquirendi, ita & augendi, minuendique Insignia modi, variis ac multiplicibus reperiuntur. Olim quidem, non nisi bellica virtute, adepta fuisse ista decora, constat; neque id aliter, quam ex collatione summae Majestatis, quæ, ut fons est omnium honorum, ita & augendi, & minuendi, mutandique ea, facultatem habet; cum tempore vero, ubi discessum fuit a rigore antiquo, ex aliis quoque rationibus, iisque sæpe futilibus & revera tanto honore indignis, collata vel augmentata fuisse Insignia, varia loquuntur exempla; omnes legitimos acquirendi modos, recensent HOEPING.

Essentiales (9), quam etiam Accidentales
(10);

Cap. VII. LINNÆVS Loc. cit. Lib. VI. Cap. 6. SPENER. Cap. II.
§. 37. seq. RVDOLPHI p. 34. seq.

- (9) Scilicet quæ ad ipsam Insignium constitutionem & essentiam spectant, ut a) Scutum cum suis tincturis & tessellis; cuius hæc nostra disciplina exponit. Formam, qualis ea olim in usu fuit, & qualiter illa hodie apud Gallos, Italos, Germanos, alias que pingi solet; 2. Situm, qui in plerisque erectus, in quibusdam versus dextram inclinatus conspicitur; 3. Sectiones, & quidem 1) absolute, videlicet, quæ vel perpendiculariter, vel horizontaliter, vel diagonaliter fiunt, idque rursus vel sectione singulari vel plurali; utrumque, vel per lineas rectas vel curvas &c. 2) respectivæ, in ordine videlicet ad plures lineas, in uno scuto, vel perpendiculariter, vel horizontaliter, vel diagonaliter, ductas; ex his sectionibus, areæ seu quadrantes emergunt, & ex numero arearum, regiones, quæ suas peculiares fortuntur adpellationes, de quibus ex instituto diximus in Introd. in Herald. pag. 249. 4. Figurae seu imagines tessellariae diversorum generum & specierum, quarum classes D. SPEN. p. 133, in Tabula mnemonistica representavit, quas omnes heraldica nostra explicat, secundum earum habitudinem, situm, affectiones, reliqua. 5) Galea, cuius ostendit 1. Differentias, quatenus illæ conspicuntur vel clausæ vel aperæ, 2. Tincturam, quæ in Regum Principumque Insignibus auro, in reliquis æneo seu ferreo colore fieri debet. 3. Numerum, eumque vel singularem vel pluralem; 4. Situm, qui pro numero gallearum, diversus est; media ut plurimum recto situ locatur, reliquæ partim a dextra ad sinistram, partim a sinistra dextram versus, incli-

(10); *Tincture* (11); *Usus & Jura insignium*

inclinantur; in ejusmodi insignibus, quibus Scutum inclinatum conspicitur, sinistro angulo collocatur galea, imo in nonnullis, & telamonibus impositas cernimus; 5. *Tegumenta*, quæ ut plurimum scissa s. lacera pinguntur, in quibusdam integra, coloribus figurarum principaliū tincta. 6. *Ornamenta*, quo spectant coronæ, aureæ & tortiles, pilei variij generis, culcitraq. & iis impositæ variae figuræ, vel ex scuto defumta, vel novæ additæ, vid. MENETR. Loc. cit. pag. 229. seq. SPENER. Cap. VI. Hic tamen notamus, personas Ecclesiasticas plerumque Galeas omittere solere, cuius loco e. g. Papa coronam tricalem, Cardinales pileum, Episcopi tiaram, alii aliud quid imponunt; licet & exempla profest in contrarium, vid. SPEN. Loc. cit. §. 12.

(10) Quarum classem ingrediuntur 1. *Conopea* in Regum quorundam, *Pallia ducalia* in Principum nonnullorum insignibus, 2. *Telamones*, variij generis, 3. *Ordinum equestrium*, ut & dignitatum ac officiorum dignata, lem mata & tefseræ militares, denique alia, ornatus cauissa tantum adjecta, conf. MENETRIER. pag. 233. seq. SPEN. Loc. cit. C. VII. RVDOLPHI C. 9.

(11) Circa tincturas tam ipsorum scutorum quam figuram, dupliciter versatur Heraldica, primo, ostendendo earum diversitatem; tingendis enim insignibus, adhibita fuisse cernimus 1. *Metalla*, aurum videlicet & argentum; 2. *Colores*, proprieditos, ut rubeum, cæruleum, viridem, nigrum, quibus alii & purpureum addunt, denique & res nonnullæ nativo colore tinguntur; Imo 3. *Pellium* quoque schematibus, metalli & colorum loco, quasdam figuræ inductas fuisse, exempla ad oculum evincunt, præser-

um (12), denique *Modi* diversi, plura insignia,
in

tim apud Gallos Anglosque; *Secundo*, docendo modum, diversas tinturas, in insinibus ati incisis, indigitandi; olim quidem, literis initialibus vocum, imo & planetarum signis, aliisque characteribus, tinturas heraldicas exprimere, mos erat, ut ex intuitu librorum superiori atate impressorum patet; elapso autem Seculo, apud Gallos elegantior & adhuc dum durans ratio ad inventa est, qua *aurum*, punctulis exprimitur; quæ *argento* tingenda sunt, alba relinquuntur; rubeum colorum signant linea perpendiculariter, ceruleum horizontaliter, viridem diagonaliter ductæ, nigrum perpendiculariter & horizontaliter sese intersecantes; Ejus inventionis auctor putatur MARCVS VVLSON. de la COLOMBIERE, de quo supra pag. 12. Num. 9. mentionem fecimus, conf. SPENER. Cap. IV. Evidem lustravimus insigne opus *Le grand Armorial Universel*, a Paris 1650. 4. in quo ab ista, quam diximus, ratione discessum erat; atenim vero, illam Vulsonii, hodie omnes sculptores & scriptores sequuntur.

(12) Quemadmodum usus insignium varius est & multiplex, pari ratione & jura, ex diverso usu redundantia, non unius generis deprehenduntur. In universum de usu & effectibus insignium, ex Diplomatibus clarissime constare potest, in quibus singuli illi exprimi solent, videlicet, ut possessores eorum uti iis queant, in omnibus & singulis honestis atque decentibus, nobilibus, equestribus actibus & negotiis, seris ludicrisque, bellis, duellis, oppugnationibus, torneamentis, decursionibus, expeditionibus, in vexillis, tentoriis, annulis, signetis, sigillis, cimeliis, sepulturis, sculpturis, & in omnibus aliis rebus & locis, ubi & quan-

in unum corpus jungendi (13), ac tandem Ratio pin-
gendi, enunciandi & describendi ea, secundum omnes
corum

S quando honoris ipsorum ratio exiget; Vid. HOEPING. Cap.
X. SPEN. Cap. I. §. 22. seqq. Ut autem, aliquanto pres-
fius, varios illos usus & effectus exponamus, dicimus,
olim præcipuum illorum fuisse locum in Torneamentis, ad
disgnoscendos equites catastaphra teatos; unde & mos
olim invaluit, in templis illorum insignia publice ex-
ponere, qui hastiludiis interfuerint; in feudali investitu-
ra, per vexilla olim facta, in quibus, insignia feudi col-
lati conspiciebantur, & clientelam, feudum & vasalagium
significabant; in publicis privatisque adiunctis, variaque
supellecitis, dominium & possessionem arguunt; in viis
& limitibus jurisdictionem indicant; in Ecclesiis suspensa,
jus patronatus indigitant; facialibus, cursoribus &
tabellariis, jus inviolabilitatis parvunt; in ædibus, quibus
Legati primi ordinis commorantur, suspensa, franchi-
tiam, ut vocant quartiriorum, signant; & quæ sunt re-
liqua, de quibus post citatos, latius edisseruit FESCHIUS
Diss. de Jure Insignium.

(13) Prioribus rei Heraldicæ æstatibus, omnia insignia erant
simplicia; nec moris tunc fuit, quicquam dignatum
adhibere, nisi vel feudi vel allodii illius, cuius realem
quis haberet possessionem; de tesseris dignitatum, præ-
tensionum vel expectationum, nihil plane tunc adie-
ctum; Deinde, quot insignia essent adhibenda, tot etiam
diversis & ab invicem separatis scutis ea repræsentari
consuetudo ferebat; Cum tempore vero, luxuque et-
iam circa rem heraldicam invalescente, factum videmus,
ut rerum domini, majoris adparatus & decoris conci-
ciliandi

30 DISS. DE NATVRA ET INDOLE ARTIS HERALD.

eorum partes tam essentiales quam accidentales (14).

III. Altera Heraldicæ pars, dicitur *Historica*, quæ partim *delineationem & descriptionem* (15), partim singularum Regum, Ducum, Principum, Comitum, Baronum, Nobilium, imo & Civitatum,

porro

ciliandi ergo, inciperent, novarum vel terarum, vel dignitatum accessiones, vel etiam prætensionum ac expectationum suarum tesseras, gentilitis suis insignibus adjungere; & id quidem *duplici* ratione & modo, videlicet, vel *servata* cuiusvis scuti forma, vel *mutata*; Prius illud rursus diversimode factum, & quidem 1. *juxtapositione*, idque vel in forma circuli, vel rhombi, vel alia ratione. 2. *colligatione*, 3. *conglutinatione*, 4. *infistione* scutulorum mediorum in scuto primario. Posteriorus ita factum, ut diversa insignia, in uno scuto peculiari bus tantum areolis s. quadrantibus dispergito, fuerint coagmentata; qui modus hodie est frequentissimus, vid. nostra *Introductio in Herald.* pag. 245.

(14) Expositis itaque iis, quaæ circa *Theoriam insignium scuti* sunt necessaria, hæc nostra ars ulterius progreditur ad *Praxin*; adeoque docet, qua ratione omnes & singulæ Insignium partes, secundum regulas artis, verbisque fecialium heraldicis sint *enuncianda atque enucleanda*; qua de re, infra nobis relictum esse dicendi locum præsentimus.

(15) Hinc, quaæ ipsa disciplina nostræ *regula* in genere docuit, ad specialem porro Insignium expositionem applicat; adeoque ea, secundum omnes sectiones, par-

tes,

porro personarum Ecclesiasticarum, ut Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum &c. insignium *Historiam* (16) exponit.

CATVT

tes & figuræ resolvit, id quod Germanis *vifren*, *blasonren* dicitur, præsupponitque accuratam eorum notitiam, quæ in parte theoretica doceri exponique solent, v. p. 17. Monemus igitur harum rerum studiosos, ut, antequam ad resolutionem atque delineationem Insignium procedant, quadammodo præceptorum theoreticorum debitam habeant rationem; ni enim eorum sufficientem sibi acquisiverint notitiam, inoffenso tandem pede, in ipsa resolutione minime pergere poterunt. Interim dolendum, scriptores Heraldicos admodum variare, tam in ipsis loquendi formulis, quam etiam in ipso procedendi modo; Quæ regulis fecialium, insigniumque habitudini conformis sit ratio, infra suo loco, per *zvorycaplus* quandam, præceptis artis accommodatam, demonstratum dabimus.

(16) Adeoque in campos antiquitatum amplissimos amoenissimos excurrit, ibidemque in originem particularem quoruncunque inquirit, atque, perlustratis iis monumentis, ostendit, primam collationis *caussam*, licet in plerisque, incertam & obscuram; porro docet, quas singuli laterculi, singulas vel *dignitates*, vel *possessiones*, vel *prætensiones* &c. indigent, quibus modis fuerint acquisitæ, quæ ratio sit, ut *dua* familiae, eadem tamen dignata in suis Insignibus gerant, quid sibi *note* illæ *discrētive* velint, quas *discernicula* vocant Artis huius perfici; quomodo *mutata*, *aucta* vel *diminuta* subinde insignia fuerint, quibusque id factum de *caussis*, & quæ sunt

CAPVT IV.
DE
PRINCIPIIS.

I.

Perceptis iis, quæ de Nominis Notatione, Definitione item ac Divisione Artis Heraldicæ dicenda fuere, nunc porro videndum est, quibus *Principiis* hæc nostra ars nitatur, cum omnibus suis, de natura & indole Insignium agentibus doctrinis præceptisque.

II. Hic vero ingenue fateri necessum habemus cum b. SPENERO (1), operam lusurum, qui talia, qualia in aliis scientiis requiruntur, in Heraldica querat aut a nobis principia exigat; uni-

funt reliqua; Ex quibus liquido patet, hanc Disciplinæ Heraldicæ Partem, tam esse necessariam, ut merito dixeris, sine historica Insignium descriptione, ea, quæ theoriam illorum propinant, viz spirare posse; neque enim diversitas colorum aut figurarum facit, ut Insignia sint insignia, verum vis significativa illis indita; dolemus vero hic cum Artis hujus peritissimo BVSSINGO in der Einleitung zur Wappen-Kunst Cap. II. §. 18. seq. & in der Eröffnung des Bremisch-Vebrückischen Rittersaals in Präfat. notitiam hanc, quoad multarum illustrium familiarum insignia, mancam in multis omnino & mutilam esse, imo in plerisque nos ea plane destitui.

(1) Parte I. Prolegom. §. 19. seq.

unicum hic regnat principium: *Uſus videlicet & consuetudo, ex placito majorum derivata* (2).

CAPVT

(2) Nec enim est, ut hic Philosophorum scholas visitemus, quibus de hac nostra arte nihil penitus constituisse, in aprico positum est; fabulas pariter & nenia sapient, quæ AGRIPPA de Vanit. Scient. cap. 81. de Legibus Liberi Patris, Alexandri M. & Augusti Imp. heraldicis adducit; nec meliora sunt, quæ SICVLVS, facialis Regis Aragonæ habet, quando dicit, Aristotelem dedisse consilium Alexandro M. qua ratione militibus suis, insignia variis coloribus distincta, attribuere debeat, vid. SPENER. P. I. in Proleg. §. 19. seq. Quicquid igitur in hac disciplina, principii locum occupat, id a mero beneplacito & libera majorum voluntate, derivandum est; ita tamen, ut nonnunquam aliqua ratione vel analogia nitatur; quod si enim ipsam construendi & resolvendi insignia rationem, Heraldorum regulis & præceptis praescriptam, penitus intueamur, liquido adparet, subfrisse olim omnino rationem, cur sectiones, cur tinteturarum inter se variationem, figurarum dispositionem, arearum denique & laterculorum ordinem, &c. ita & non aliter, præscribere atque disponere voluerint feciales illi antiqui; videlicet, ut omnia & singula, rite disposita belleque ordinata, eximium insignibus adderent splendorem atque ornamentum, id quod, sine certis regulis atque præceptis effici minime poterat, usu tamen tantum perpetuo non literarum characteribus, ad posteritatem transmittendis, qua de re Cap. seq. pluribus agetur.

E

(1) De

CAPVT V.
DE
ORIGINE ET PROGRESSV AR-
TIS HERALDICAE.

I.

In primos nunc natales Artis Heraldicæ inqui-
futuri, in limine statim monemus, distinguendū
probē esse, primo, inter originem *Insignium*, &
Discipline ipsius de *Insignibus agentis* (1); secundo,
inter originem *regularum* & *præceptorum* antiquo-
rum *facialium*, & inter natales artis, in *justam disci-
pline* & *scientiae formam* nuper redactæ (2); heic curæ
nostræ

(1) De origine *insignium*, jam dictum a nobis est supra
Cap. III. num. 7. heic natales & originem *Artis seu Discipline*
de *insignibus*, ex antiquitatum monumentis indaga-
mus, adeoque dicimus, *Insignia ipsa*, longe antiquiorem
ducere originem, quam ars habet, *insignia explicans atque illustrans*, ceu ex sequentibus planum fiet atque per-
spectum.

(2) Nostram, quam ratione instituti adumbramus, Arrem
Heraldicam, primos suos natales debere regulis atque
præceptis, *facialium* priscaæ artis, extra omnem positum
est controversiam; constat enim ex documentis, Heraldos
illos antiquos, formasse omnino & invenisse certas leges
& regulas, secundum quas, *insignia heraldica*, compone-
nda & construenda essent, ad debitum splendorem ac adap-
ratum iis conciliandum; porro, quomodo omnes & fin-
gulaæ

nostræ datum est, originem & natales *Discipline Heraldice in scientia formam redactæ*, ex instituto indagare, adeoque ostendere, quomodo adinventa, & successive exculta fuerit (3); unde illud etiam liquido patescet, esse hanc nostram disciplinam in illarum numero, quæ tam excultæ & perpolitiæ

gulæ partes, peculiari & proprio regulis fezialibus modo, terminorumque formulæ, enuntiari & describi debeant, (quibus usus communis, multa utique & cum tempore, pro re nata, addidit); patet id ipsum, non solum ex consuetudine in torneamentis armorum illustratione, a fezialibus perfecta, (vid. cap. I. n. 4.) quod examen utique certas regulas & leges præsupponit; verum etiam ex consuetis & continuatis formulæ terminisque, in Diplomatibus, quibus insignia conferuntur, exhibitis; hac tamen cum observatione, quod Leges illæ, non tam literis consignatæ, quam potius usu tantum perpetuo, & viva voce ac traditione, propagatae & ad seram posteritatem fuerint transmissæ, conf. RVDOLPHI in *Præf. Heraldice curioſæ præmissa*, BVSSING, in der Einleitung zur Wappen Kunſt cap. 2.

(3) Heic vero, ubi indagare Artis hujus natales ac originem animus est, nihil erit cauſæ, ut in ultimam antiquitatem usque ascendamus; illuc enim nihil solatii deprehendemus, quin imo illud discessum, artem hanc alias nobilissimam, si eam, quoad originem & antiquitatem suam consideres, cedere aliis Disciplinis locum omnino teneri; cum enim, nec insignium ipsorum tanta sit antiquitas, ut Seculi XI. tempora excedat, multo minus, disciplinæ de Insignibus præcipientis, natales, altius repeti posse, in confessio est, ceu ex jamjam dicendis planum fiet atque perspectum, conf. pag. 21. E 2 (4)

tæ non sunt, quin pleniorē adhuc culturam vel maxime desiderent (4).

II. Quod si vero laus quædam, artis hujus vel inventæ vel exultæ, esse potest, vix dubium, *Gallis*, eam optimo jure acceptam esse referendam (5); quorum exemplo deinceps & alii, apud Italos,

(4) Cujus rei varias novimus caussas; desperita dolemus, temporum injuria, non solum generalia rerum heraldicarum antiquissima monumenta, verum etiam documenta familiarum particularium, de illarum insignibus nos instruentia, ex quibus tam de origine Insignium, quam etiam de Legibus circa armorum decora, olim in torneamentis observari solitis, constare nobis poterat; inculpamus etiam genium nostri seculi, dum plerique docentium ac scribentium, ex utilitate tantum metiri solent disciplinas, proinde illas scientias, quæ non direcťe ad lucrandum panem iis facere videntur, turpiter negligunt, ac ea propter, hujus nostra disciplina scita, inter curiosā potius quam necessaria collocant; ex quo non potest non fieri, quin bona nostra Heraldica paucissimos inveniat sui cultores, multos vero osores; reliquas contemtus rationes, sicco præterimus pede.

(5) Magna dignitas Nobilitatis Gallicanæ semper fuit; nec minora ejus jura & privilegia; quæ inter alia, & circa honoris emblemata fiunt conspicua, vid. LIMNÆUS in *Norit. Regni Franc. Lib. IV. cap. III.* Vnde & singularis gentis hujus cura & industria, collocata in illustratione Insignium heraldicorum; Constat id ipsum ex numero auctorum huc pertinentium, qui major est, quam omnes aliae nationes ostendere queant; Leges vero, primum illic invaluisse

sub

Italos, Anglos, Hispanos, Germanos (6), excita-
ti, promovenda huic nobilissimæ arti, laudabi-
lem

sub tertia linea Regum Galliæ, putat SPENER. *in Proleg. §.22.*
sub qua, Insignia fieri ceperunt hereditaria; unde anti-
quissimum artis hujus MStum, Philippo Augusto, A. 1223.
demortuo, inscriptum, memorat MENESTRIER. *Abregé me-
thod. pag. 10.* eorum vero qui in Gallis fuerunt, scriptisque
hanc disciplinam laudabili instituto juvare & promovere
stuererunt, nomina & conamina *Cap. VII.* propinabimus.
Heic igitur illud tantum addimus, omnibus aliis palmam
præripuisse, dochissimum Jesuitam CLAUDIUM FRANC. ME-
NESTRIERIUM A. 1705 demortuum, cuius labores Heraldi-
cos suo infra loco recensebimus.

(6) *Anglos, Italos & Hispanos*, in materia Insignium, termi-
nos & formulas a Gallis accepisse, ex illorum libris pates-
cit; quorum vero opera, haec disciplina apud illas natio-
nes successive exculta fuerit, ingenue fatemur, nos igno-
rare; licet aliqua Anglorum scripta possimus enumera-
re, nominanda a nobis infra *Cap. VII.* Nostros autem
Germanos quod attinet, socius laudati Menestrierii GIL-
BERT. *de VARENNE dans le Roy des Armes P. 4. pag. 550.* apud
SPEN. *Loc. cit. §. 22.* de nostris facetur, quod *& studio & operitia*
præstant, in compositione & conservatione insignium suorum; quibus
verbis d'gitum forte intendit ad sua tempora, h. e. ad
Sec. superioris initium, ubi iam apud nos etiam, insigni-
um aliqua cura fuit; hanc tamen, non tam in præcep-
tis & regulis tradendis illustrandisque, quam in nuda
collectione & conseruatione Insignium constitisse, libri Ar-
moriales illo tempore publicati, attestantur, *Sibmacheri*
videlicet, & *Fürstii*, de quibus suo loco; Prima vero li-
neamenta & initia huius artis apud quinos duxerit, me-
rito

lem navarunt operam, diverso tamen ut instituto, ita & ingenii modulo, adeoque & successu.

CAPVT

rito dicendus est, doctissimus quondam apud Noribergenses Patricius GEORG. PHIL. HARSDÖRFFER, qui *Parte III.* pag. m. 143. seqq. Seiner *Gesprech-Spiele*, Noribergæ 1643. publicata, laudabilis opera, prima fundamenta Arti Heraldicæ jecit; hujus vestigia secutus est GEORG. ANDR. BOECLER. (qui se *Architectum & Ingenieur* in titulo vocat) cuius habemus *Artem Heraldicam* A. 1688. 3. germanico idiomate exscriptam, de quo tamen libello observandum, non æque in illo heraldicam scientifice adumbratam, quin potius varia compilata esse, sine sufficienti judicio, quæ de origine nobilitatis, ejusque differentia ac Insignibus, de Heraldis, de coloribus, figuris & dignitatibus Insignium, in lectione librorum illi obvenerant; In formam igitur justæ disciplinæ, & methodice ornatae Scientiæ laus, inter nostraræ omnino attribuenda est IACOBO PHIL. SPENERO, qui insigni *Opere Heraldico*, ejusque *Parte Generali* A. 1690. publicata, faciem civibus suis prætulit; adductus ad suscipiendum hunc laborem, persuasionibus doctissimi Menestrierii, quod ipsem fatetur, in *Prafatione Parti Generali* præmissa; in quo doctissimo, & ad invidiam hostium nominis Speneriani, multis elogiis eveneto opere, primus Germaniæ nostræ ostendit, quæ de Arte Heraldica scitu sunt necessaria; ex quo demum, tanquam ex fonte, reliqui omnes sua haussisse, merito dicendi sunt, quotquot in hoc argumento, suas periclitari vires voluerunt; aut tamen plerique excitati sunt, ad promovendam & provehendam nobilissimam Insignium disciplinam, quorum & nomina & scripta, infra suo dabimus loco; vide *Cap. VII.*

CAPVT VI.

DE

EFFECTIBVS ET ADIVNCTIS.

I.

Effectorum nomine nihil nobis aliud venit,
quam Artis hujus *Utilitas*, & exinde pro-
fluens *Necessitas* (1), *Dignitas* pariter & *Ornamen-*
tum

(1) Cum hodie mortalium plerique, ex utilitate metiri so-
leant eruditio[n]em, ejusque singulas partes, (repete dicta
Cap. 5. Num. 4. seq.) e re utique futurum putavimus, vel
paucis heic ostendere, quas utilitates haec nostra discipli-
na præbeat sui cultoribus, sic enim tandem, & de ejus
necessitate satis constare poterit. Uſus vero Heraldicæ
vel communis est, vel peculiaris & ſpecialis; Communis, ut
inſignia, heroicarum virtutem & facinorum tecmiria,
diligenter conſerventur, nec cum tempore exoleſcant,
adeoque ſupertinent ſemper monumenta apud posteros,
majorum ſuorum facta repræſentantia, quibus ad glo-
riofam eorum imitationem exſtimulentur, niſi expro-
brare iſtæ majorum decora iſp[er]ſi debeant, imbelles po-
steros, geſtare alienæ virtutis decoramenta, vid. PETRA-
SANCTA de Tiff. Genil. Cap. 2. pag. 2. Porro, ut omnes ho-
narum artium ſtudiosi hinc diſtant, quidſibi velint In-
ſignia, & quam nobilis ac præſtans ſit diſciplina illa, qua
circa illorum illustrationem & explicationem occupatur.
Speciales effectus Artis huius ſequentes ſunt, videlicet,
hujus ſcientia præſidio innotescunt omnes perſonarum
ac familiarum illuſtrium dignitates harumque gradus &
diſferentie; examinantur controverſia illuſtres, de familiarum
ortu, prærogatiua, agnationum & cognitionum gradi-
bus,

tum (2) singulare, denique Obligamentum & Jucunditas
haud exigua (3). II.

bus, successionum jure debito, & firmantur hac ratio-
ne atque definiuntur *successiones*; denique, huius Scientiae
beneficio & *jura* Principum optime vindicantur, & soli-
da ratione, si non determinantur semper, illustrantur
tamen & ad finem præparantur illustrium personarum
prætensiones, vid. BVSSING. in der Einleitung Cap. I. §. 4. ARN-
DIVS in Biblioth. Politico-Herald. pag. 453. seq. ex quibus faci-
le est colligere, quam maximam hæc nostra Disciplina
lucem affundat Juri P. Politicæ, Juri Feudali, Historiæ,
Genealogiæ; quam ob rem, & inter subsidia atque admiri-
nacula harum Scientiarum merito refertur, imo tam ar-
ctissimum cum illis haber nèxum, ut neutra illorum, sine
istius notitia plene debiteque cognosci & apprehendi
queat, conf. LIMNAEVS in J.P. Lib. VI. Cap. VI. SPEN. in Pra-
fat. P. I. BRVNEMAN, Juris P. Prud. Diff. I. REINHARD. tu
Animadvers. ad Pol. Lipsi pag. 450. conf. NOSTRA Precog. Hift.
civil. pag. 69. & Introduct. in Herald pag. 26. seq.

(2) *Dignitas*, & ex ea promanans ornamentum in vita civili,
vel ex *censu* liquido perspici potest, quo Heraldica, hoc
nostro ævo venire solet; Hæc ipsa enim cum suis Insigni-
bus, in ipsis Imperatorum, Regum Principumque au-
lis ac conclavibus, suum habet hospitium, imo eminen-
tissimum naëta est locum, quo multæ alia artes & disci-
plinæ, ne a longinquò quidem cernere audent; proinde
si quod aliud, in maxima disciplinarum varietate, studi-
um, Personis illustribus dignum sit, ad quod animus il-
larum erudiri debeat, revera id de Heraldica dici potest
& debet, conf. p. 15. n. 15. Collationem Insignium, in
regalibus Imperatorum, locum habere suum constat,
vid. p. 20. n. 6. hinc novum dignationis artis nostræ argu-
mentum adpareret, quod ab objecti sui nobilitate desum-
ptum;

II. *Adjunctorum s. Accidentium* (4) classem ingrediuntur artis hujus *Imperfectionis* (5) & *Incertitudo*

ptum est; porro quotidiana etiam edocemur experientia, ejusmodi ingenii, quibus insidet sufficiens huius disciplinae notitia, facilius dari & concedi accessum, ad personarum illustrium favorem & conversationem, quam iis, qui imbuti sunt ejusmodi tantum scientiis artibusque, quorum objectum, ob plebejam suam indolem, & plebejis hominibus magis, quam eminentioris dignitatis personis convenit.

(4) *Oblectamentum & jucunditatem*; quam haec nostra disciplina præbet, vel exinde facile is cognoscet, qui cogitaverit, homines a natura curiosos, picturis & imaginibus vel quibuslibet delectari; quod si igitur isti, vel ex vulgaribus picturis & colorum proportionata diversitate, capiant volupratem, quanto major illa futura erit, quam ex Insigniis diversis iconibus & figuris, vario metallorum colorumque decoro, debita justaque proportione, nec minori ingeniosa mixtura compositis, hauriri capique potest; Vulgares picturæ, ut plurimum inania figura, putidasque nærias proponunt; heraldicæ contra tesserae, reales easque summas ac varias dignitates indigitant, familias illustres discriminant; terras, fundos ac dominia signant; & quæ longe adhuc plures sunt amoenitates, quas disciplina heraldica degustandas nobis proponit, quasve ex instituto propinavimus *Introduct. in Heraldicum* pag. 34. seq.

(5) Quam venusta etiam & formosa sit haec nostra Diana, nihilominus tamen & maculosa esse, haud inficiari possumus, non tamen in se, sed per accidens; maculae vero ejus sunt *imperfectionis*, *incertitudo* & *difficultas*, de quibus in sequentibus.

(5) *Imperfectionem* primo loco collocamus, vi cuius, ars nostra

42 DISS. DE NATVRA ET INDOLE ARTIS HERALD.

tudo (6) haud reticenda, & tandem *Difficultas* (7), ex variis caussis, insuperabilis fere.

CAP.

nostrā, non potest omnibus numeris esse perfecta; est enim notitia singularium, omnis vero tractatio singularium, est imperfecta; accedit, quod deperditis rei heraldica monumentis antiquissimis, non possumus non conqueri, multorum insignium nos latere origines, caussas, significatus, cetera; accedit, quod multa singularia ad materiam insignium facientia, in tabulariis passim, & in aulis subinde lartantia, (quod forte inter arca na locum habeant) studio reticeantur, nec facile eorum concedatur copia; & si forte tandem fiat, tantis præcautionibus id fieri constat, ut judicio pollens facile intelligere queat, quantum ejusmodi mensuratis imperatisque scriptionibus, juvari queat bona nostra Heraldica; Alias imperfectionis caussas collige ex iis, quæ pag. 30. num. 4. pag. 31. num. 5. & pag. 37. diximus.

(6) Atque ex dictis, & *Incertitudinem* ejus facile colligas; Heraldica est ars singularium, singularia vero sunt infinita, horum autem non datur certa notitia; porro, singularia sensu potissimum cognoscuntur, impossibile vero est, ut Heraldicæ cultores, omnia singularia videant, aut non fallantur, in illa, tam insignium quam figurarum infinitudine; ex quo non potest non fieri, quin ars hæc alias nobilissima, suis laboret nœvis, suamque conqueratur incertitudinem.

(7) *Difficultatem* hujus disciplinæ nemo negare ausus fuerit, nisi qui plane alienus ab his sacris existat; delicata, crede, est ista scientia, ejusque objectum, res omnino diffusa; arduum est, in tanta insignium multitudine, aut fere infinitudine, vel notitiam saltim omnium sibi acquirere; ad discere omnia, quæ circa Insignium partes, sectiones sigulas, earumque diversas classes, scitu cognituque sunt necessaria

CAPUT VII.
DE
CAVSSIS.

I.

Caussæ Artis Heraldicæ sunt ipsi *Scriptores* (1), qui diversis locis & temporibus, optimo instituto, non tantum ipsam insignium materiam excolere, verum & Disciplinam de iis præcipientem, invenire, promovere ac provehere eam, pro ingenii cuiusvis modulo, allaborarunt. II.

cessaria, labor certe est, haud exiguus; difficile quoque est, verbis singula efferre, vel mente saltim complectere, quod verbis effari, immensum fere & arduum omnino est dicendum; ista qui cognoverit, difficilem omnino hanc artem esse, haud negaverit. Accedunt & alia rationes, quæ difficultatem ejus vel pariunt, vel caussare possunt; videlicet, quod subsidia illa & adjumenta, quibus promoveri juvarique posset hæc nostra disciplina, propter figuræ æneas, caro admodum constent pretio, unde fit, ut, quibus curta domi supellex, non facile ad excolendam hanc disciplinam, animum suum inducant; denique, etiam multitudine illa figurarum, terminorum ac regularum, omnino in cultore hujus artis requirunt phantasias & memorias facultatem tenacem firmamque, quæ cum omnibus a natura haud data sit, saltim hujusmodi ingenii, per accidens, difficultia admodum, nostræ disciplinæ præcepta & doctrinæ, ut fiant, oportet.

(1) Quorum opera res heraldicæ, excultæ, & cum tempore in formam artis sunt redactæ, de quibus jam ex instituto.

II. Hos, cum in universum fere recensuerit Anglus doctissimus THOMAS GORE⁽²⁾, post illum etiam alii⁽³⁾, notitiam Scriptorum Heraldicorum passim propinaverint, operæ pretium vix futurum putamus, ex charta in papyrus describere singulos, cum faciliori opera illic legi posse putemus, quam a nobis repetita vice transscribi.

III. Igitur, id nostræ curæ datum atque relictum erit, ut in gratiam & usum incipientium, adornemus brevem saltim Notitiam, cum Scriptorum Heraldicorum in genere, tum inspecie illorum, qui instar Bibliothecæ Heraldicæ compendiosæ esse iis poterunt. IV.

(2) Armiger Anglus, qui naturæ debitum reddidit 1683, ejus Catalogus Auctorum, qui de Heraldica scripsérunt, prodit Oxonii 1674.4. quem ad nostra tempora continuatum edere promiserat CHRIST. MAX. SPENERVS in der alten wahren Herolds-Kunst pag. 32. cuius tamen propositi spes, cum morte viri doctissimi decollavit.

(3) Quales sunt: Syllabus præcipuorum Scriptorum apud SPEN. P.I. Opere Herald. post Prefat. Multorum etiam, Gallorum, cùmpromis, mentionem fieri legimus in Prefat. præmissa Tractatui PETRI PALLIOTI La Vraye & parfaite Science des Armoiries a Paris 1664. f. opus plane insigne & luculentum; & in primis Le LONG in Biblioth. Histor. de France lib. IV. cap. 3. Ex instituto quoque hujus generis Scriptores recensuit CAROLVS ARNDIVS in Bibliotheca Politico-Heraldica, Classe XVI. & ante istum F. W. SCHVMACHER in der Wapen-Kunst Cap. XVIII. Satis etiam prolixè recensentur hic pertinente-

IV. Dicimus itaque, Scriptores Artis Heraldicæ non unius esse generis, alii enim *generaliter* de re armoriali egerunt, adeoque, quicquid ad materiam insignium, latissimo significatu acceptorum, spectat referrique potest, congefferunt, proinde, non tam scientifice quam historice tantum, argumentum istud explanarunt; in hanc classem referimus THEODORVM HOEPINGIVM (4), IO. LIMNÆVM (5), FRIDER. RAPPOLTVM (6), SAM. CONR. SCHVRZ-

FLEI-

tinentia scripta, in Catalogo, *Methode tractandi Historiam doctissimi du FRESNOY subjuncto*, Cap. CIII. & quæ nos in der Einleitung zu der Wappen-Lehre pag. 56. seq. & pag. 271. seq. concessimus.

- (4) Patria Susatensis Westphalus fuit, J. V. D. & Imperialis ac Cæfarei castri Friedbergenſis Syndicus & Advocatus, qui A. 1642. f. Noribergæ publicavit *Tractatum Juridico-Historico-Philologicum de Insignibus s. Armorum prisco & novo jure;* Cujus operis Titulus longior est, quam nostra heic brevitas illum capiat; interim in hoc Tractatu, quicquid ad materiam Insignium, quovis modo spectare illi visum fuit, ex omni antiquitate conduxit atque compilavit diligenter & studiose.
- (5) Domo Jenensis, Consiliarius intimus Anspacensis, cuius habemus *Syntagma Juris Publ.* Tomis V. in quo *Libri VI. Caput V. & VI.* circa materiam Insignium occupatur; quo labore variam ac multijugam ostendit lectionem, iudicium autem in illo desiderat auctor *Gundlingianorum* Tom. III. pag. 3.
- (6) Philologus & Historicus apud Lipsiensis olim celeberrimus,

46 DISS. DE NATVRA ET INDOLE ARTIS HERALD.

FLEISCHIVM (7), CHRIST. MAX. SPENERVM (8); alii methodice, ac ut in scientiis fieri solet, materiam Heraldicam pertractarunt; proinde, quicquid ad ^{signis} Insignium pertinere videtur, per regulas & præcepta luculenter exposuerunt, exemplisque variis, debite corroborarunt, quales sunt

CLAY-

mus, ejus habemus *Dissertationes II. de Insignibus*, *Lipseae 1664. 4.* habitas & publicatas, scite & methodice adornatas; in quibus prolixè satis de Etymologia, Homonymia vocum, de Origine Insignium, Differentia, aliisque agit, ita tamen, ut de signis potius in genere, quam de Insignibus Heraldicis loquatur, quæ forte subsequi debuerunt.

(7) Polyhistoris hujus quondam famigeratissimi *Diss. de Insignibus Nobilium*, Wittebergæ habita, extat in Volumine *Diss. Hist. Civ. Num. XXII.* qua in originem & causas indagat, deque Insignibus sigillatum nonnihil tradit, puta, causæ eorum Efficiente, de partibus, figuris, tinturis, & quæ sunt reliqua, per summa rerum tantum capita, exposita, nec enim plene res Heraldicas componere constitutum sibi habuisse, vir doctissimus ultro fatetur.

(8) Filius celeberrimi Theologi, aulae & academiæ regiæ prussicæ Medicus, ut & Societatis Cælareæ ac Regiæ Berolinensis quondam Socius; cum Professionem Heraldicæ ac Genealogiæ in Academia Equestri susciperet, Berolini A. 1705.4. publicabat *Traet. die alte wahre Herolds-Kunst*, in quo, de Arte Heraldica atque Insignibus in genere disseruit, atque inter alia & continuationem Operis Heraldici Parentis sui, promisit, sed morte præventus, inter pia desideria, promissis illis, locum reliquit,

(9) E

CLAVDIUS FRANC. MENESTRIERIVS (9), PHIL. IAC. SPENERIVS (10), CASPAR. BVSSINGIVS (11), FRID. WILH. SCHV-
MACHER

(9) E societate Jesu Gallus doctissimus, variisque scriptis famigeratus, inter quæ ad Heraldicam spectant sequentia: *La véritable Art du Blason, à Paris 1673. 12.* *Les Recherches du Blason*, ibid. eod. *Abrege methodique des Principes Heraldiques*, à Lyon 1677. 12. *Origine des Armoiries*, à Paris 1679. 12. *La Science de la Noblesse*, ibid. 1691. 8. qui posterior etiam germanica indurus veste, sub Tit. *Adels-Zierde* prodit Ulma 1694. 8. Hæcce doctissimi Artis Heraldicæ instauratoris scripta, si quis cum b. SPENERI Opere Heraldico possideat, reliquis omnibus facile carere poterit; quicquid enim post illos, alii dixerunt, ex his, tanquam ex fontibus, maximam partem profluxisse, audacter affirmamus.

(10) Ejus merita in Rempublicam Ecclesiasticam & Literariam, majora sunt, quam ut brevitas hæc nostra capiat, illud igitur saltim ex pag. 33. repetimus, b. Spenerum, primum in Germanis fuisse, qui cives suos Artem Heraldicam methodice docuit; quicquid etiam *Sarmatius* in *Judiciis* fugillat, carpere Spenerum, imitari (ut multi etiam alii ex illius schola) necsius; anno enim 1680. f. *Francofurti* publicavit *Partem Specialem*, quæ Historiam Insignium illustrium, cum explicatione singularum tesserarum continet; licet nonnullarum familiarum Insignia, ex caussis in *Prefat.* adductis, in hac Parte desiderentur; *Pars Generalis*, Theoretica prodit ib. 1690. f. integrum vero opus ex nova editione 1720. conf. *Acta Lips. A. 1690. m. Sept.* pag. 455. *Tenzelii Monathliche Unterredungen A. 1690. m. Sept.* pag. 852. seqq.

(11) Apud Hamburgenses olim Theol. Prof. P. & Pastor cathedra-

48 DISS. DE NATVRA ET INDOLE ARTIS HERALD.

MÄCHER (12), I. A. RVDOLPHI (13), IMMANUEL WEBER-
RVS

thedralis doctissimus, is A. 1693. 8. publicaverat *Conse-
tum Heraldicae*, quem sequenti anno germanice, sub Tit.
Einleitung zur Herolds Kunst exire sivit; auctior & emenda-
tior editio est anni 1713. Inter compendarios, primas
optimo jure tener, tam quoad Theoriam, quam etiam
Historiam Ingnium eorumque expositionem. Quæ Par-
te IV. der Durchlauchtigen Welt, hanc in rem extant, ejus-
dem Auctoris sunt, ut ex collatione liquido adpareat.

(12) Phil. Magister & Jur. Cand. in Acad. Jenensi, sub finem
super sec. Ex Præfatione elucet, prælegisse auctorem ju-
ventuti studioſe præcepta Heraldica, qua dein suauis Pa-
tronorum, sub Tit. *Kurzgefaßte Wappen Kunst* 1694. 8. pu-
blicæ exposuit luci; ego hunc libellum omnino aſtimare
re soleo, propter methodum fatis accuratam, materia-
rumque adparatum; quod si adjeſſet auctor figuræ In-
ſignium familiarum illustrium, contiguisseque illi ſcul-
ptoris peritia, & Bussingio anteferendum eſſe diceremus;
percepit ex studioſo & consanguineo auctoris, vixiſſe il-
lum poſtea in Holſatia, prefecti (*Anmann*) numeræ fun-
gentem; propositumque ſibi habuiſſe, hunc ſuum libel-
lum auctiorem & nitidiorem, luci exponere publicæ.

(13) Sub ficto hoc nomine latet IOH. ANTON. KROLL, ICtus
Noriberg. prodiit ejus *Heraldica curiosa germanico idio-*
mate, *Noriberga 1698. & 1718. fol.* quo libro plures parti-
culares materias latius deduxit, quæ apud Spenerum vel
alios, breviter expoſita deprehendit. Auctor, in hoc stu-
diorum genere versatissimus; figuræ eleganter ari inci-
ſæ, in quibus tamen, non niſi familiarum Nobilium exem-
pla occurruunt; pari ratione & quoad partes insignium
accidentales, nonnulla heic inter figuræ videre ſunt, apud
alios vix reperiunda.

RVS (14), IOH. WOLFGANG. TRIER (15), reliqui (16); Denique alii, nudas saltim Insignium figuræ æri incisæ repræsentarunt, de Theoria vero & Historia Insignium parum aut plane nihil tractantes; in

(14) Olim Prof. Hist. apud Giessenses; ejus *Examen Artis Heraldicae* prodiit tertia vice Jena 1713. 8. rivulum esse ex Spenero deductum, vel ipse Auctor, in fronte libelli continetur; multa exinde haustæ adjectaque, in compendio vix habitura locum, v. g. quæ Cap. III de forma veterum clypeorum leguntur, multa vero omisit, quæ omnino addenda fuerant; dicimus igitur, difficilius esse, accuratum compendium ex Systemate quodam majori confidere, quam novum plane adornare.

(15) Primus, quod honorib[ile] ducat, sed forte & ultimus Prof. P. Artis Heraldicae, in Acad. Lipsiensi, is A. 1714. 8. publicavit librum sub titulo: *Einleitung zu der Wapen-Kunst*; multa auctor in rubro promittit, quæ in nigro haut comparent; vide quæ de *Natura & constitutione Artis Heraldicae* in Titulo promittit, & lege Proœmii, capitisque primi contenta, ac sic tandem nobiscum judica; ego hunc librum, propter figuræ Insignium, eleganter æri incisæ aestimo; recens editio parum novi habet.

(16) Præter hos, alii etiam sunt, qui in scenam produci possent; at vero, si quis hacenus recentitos possederit, reliquis facile carere posse putamus; igitur nec opera præmium erit, reliquos prolixius commemorasse De BOECLERO dictum supra pag. 38. seq. Errat vero Schumacherus in *Praefat.* quando errantem Bæclerum, ex eo capite excusat, quod liber ejus, post mortem, ab imperito quodam rei heraldicae, fuerit editus; contrarium enim patet ex ipsis Bæcleri Praefatione, quando dicit: *Wann aber diese*

G

meine

in quam classem referimus SIBMACHERI (17),
FÜRSTII (18), CHRISTOPH. MAT. SEIDELII
(19). alio-

meine Arbeit unterschiedliche curieuse Liebhaber geschn, mich
auch ersuchen, solche in Druck zu geben, auch mich endlich da-
hin beredet, so habe solche hiemit den verständigen Liebhabern
vorzulegen, mich nicht geschenet &c. Prodiit etiam Nori-
bergæ 1718. 4. FRID. WILH. a TSCHIRNHAVSEN *Kurze Anlei-
zung zur Teutschen Wappen-Kunst*; tenuis admodum libellus,
& in totum fere ex Rudolphi Heraldica desumtus, ut et-
iam illius errores subinde retinuerit auctor; accedit, quod
prater terminorum explicationem, eorumque ad nobil-
ium quarundam familiarium Insignia applicationem, ni-
hil amplius habeat. CASP. GOTTSCHLINGH Rectoris quon-
dam Scholæ Equestris apud Neo-Brandenburgicos, *Ein-
leitung zur Herolds-Kunst*, prodiit ibidem 1706. 8. satis me-
thodice adornata est, verum figuræ, tam stolidum ag-
noscent sculptorem, ut nihil supra; qui igitur ex illis de
libro ferre velit judicium, næ curius de illo sentiet.

(17) *Johannes Sibmacher*, chalcographus Noribergensis,
sub initium Sec. Superioris; Ejus *Wappen Buch* Tomis V.
Noribergæ prodit, successore ab A. 1605. forma oblon-
ga in quarto; recusum hoc opus fuit A. 1612. & 1657
Continentur in eo Insignia Imperatoris, omniumque
Regum, Principum, Comitum, multarum familiarium
Nobilium, imo & civitatum imperialium; in nostra, qua
utimur editione, colores insignium, per literas initiales
germanicas indigitantur.

(18) *Paulus Fürst*, itidem chalcographus & bibliopola Nori-
bergensis A. 1695. f. edidit & continuavit Sibmacheri opus
Tomis VI. sub Tit. *Erneuertes und vermehrtes Wappenbuch*,
& elegantibus formis, multa nova Insignia procerum in-
tra & extra Germaniam, expressit adjecitque; ejus filius
Wolff-

(19) aliorumque labores (20); denique *Calendaria quædam Genealogico-Heraldica* (21). CAP.

Wolffgang Gottlieb Fürst, A. 1702 promittebat novam operis parentis sui editionem augendam & continuandam; quæ sequentibus annis duobus Tomis lucem vidi publicam.

(19) Auctor hic in titulo libri vocatur *Pastor Adiunctus*, *Præpositi & Inspectoris*; is A. 1718. 4 Berolini publicavit *Ein sonderlich Alphabet Durchlauchtiger Wappen*, in quo XXIX. Insignia, secundum literas initiales nominum, Imperatoris puta, Regum, Ducum disposita ærique incisa, representavit, non quidem eo fine, ut tenera juventus, exhiic notitiam sibi acquirere posset insignium, sed, ut ex perlustratione & inspectione rerum ac colorum, eorumque adjecta nomenclatura, literas, syllabas, voces, ludendo quasi pronunciare disseret; de qua methodo possemus quidem nonnulla monere, attempernovero, cum instituti ratio id non permittat, sicco eam præterimus pede.

(20) Quales sunt *Joh. Loschgens, Jacobi Kabers Wappen-Buch*, de quibus, cum prater nomina, nihil nobis constet, iudicium ferre non possumus.

(21) Prodiit *Auguste Vindel.* A. 1720. 8. Anonymi *Heraldischer Calender*, in quo, eleganter æri incisa conspicimus insignia Imperatoris, Regum, Principumque præcipuum, tam intra quam extra Germaniam florentium, Papæ item ac Helvetiorum, ut & Belgarum confederatorum, cum adjecta tenui non minus quam inepta satis illorum analysi. Biennio post, eodem instituto sed majori adparatu & elegantia prodiit, & adhucdum continuatur annuatim Noribergæ, *Der Durchlauchtigen Welt Geschlechts- und Wappen-Calender*; Optandumque esset, ut formis illis vere elegantibus, parilis contigisset explicatio.

CAFVT. VIII.
DE
METHODO DOCENDÆ DI-
SCENDÆQVE HERALDICÆ.

I.

Methodum & ordinem, animam esse omnium studiorum, nemo doctus est, qui nesciat; idem ergo & de Arte Heraldica eiusque studio, tenendum; neque enim satis est, in promptu habere libros Heraldicos, Insigniumque icones expectantes, nisi illorum usus, &, qua ratione, in acquirenda horum notitia procedi debeas, probe intelligas.

II. Dicimus igitur, *tria* heic in universum observanda ac prænoscenda esse artis Heraldicæ cultoribus; i. videlicet est, *Notitia Scriptorum Heraldicorum* (1), ii. *Notitia Insignium Historica* (2), iii. *Quomodo procedere debeant, in acquirenda sebi Notitia Insignium tam Theoretica* (3) quam *Practica* (4). III.

- (1) Qui hac parte vsibus nostris inservire possunt, edictum jam est Cap. præcedenti.
- (2) Videlicet, ut conspectis, quacunque occasione aut loco Insignibus, statim scias cognoscasque, cui vel personæ vel familie, illa sint propria.
- (3) Quæ ad ~~notitiam~~ Insignium in genere spectant, scituque sunt necessaria, docuimus ex instituto Cap. II. & III.
- (4) *Practicam* notitiam Insignium vocamus, quæ in omnium eorum partium ac figurarum enucleatione & descriptione

III. Prius illud haurimus ex Scriptoribus, quos supra pag. 45. seq. recensitos vidimus; cum vero illi, Titulos saltem librorum nobis propincent, monemus cultores nostræ artis, ut scrinia Bibliothecarum & Bibliopoliorum diligenter perlustrent, adeoque scripta ipsa, curatius ibi evolvant atque introspiciant, quæve in rem forte suam futura videbuntur, studiose ex iis annotent (5).

IV. Notitiam vero Insignium (6) nobis comparamus, ex libris Heraldicis (7), ex nummis (8), ex

ptione consistit, proinde, qua ratione omnes & singulæ partes tam essentiales quam accidentales, secundum regulas artis, enunciari ac describi debeant, secundum ea, quæ pag. 20. seq. Num. 3. sunt exposita.

(5) Quomodo vero in hoc studiorum genere, procedere debeant rei literariae studiosissim universum nos doctissime edocuit SIR R. V. IVS in *Introduct. in Notitiam Rei Liter. Cap. V. HEVMANVS in Conspictu Rei literariae, alii.*

(6) Ante omnia vero, delectus est observandus & ordo, ne memoria confundatur; initium igitur faciat ab Insignibus Imperatoris. Regumque, dein cogitandum de procurum Imperii Germanici, secundum eorum classes, dignitatibus; imprimis vero patriæ cuiusvis habenda ratio, & in ea, tum Domini nostri territorialis, tum illustrium præalis familiarum ibidem florentium, & sic tandem in exteris gentes familiasque licitum erit excurrere.

(7) Præcedenti Cap. commemoratis, quos diligenter volvat evolvatque, adeoque discat, quibus Imperator, Reges, Duces

(8), ex sigillis (9), ex monumentis (10), publicis alisque rebus, in quibus acu aut penicillo pingi, vel denique sculpi novimus Insignium decora (11); nec tamen in singulis eodem semper modo & effectu; clarius enim & luculentius hanc notitiam propinant monumenta publica, quam reliqua, quæ adduximus: præstare possunt subsidia; causam repete ex observatione Num. 10. adducta.

V.

Duces, alii, utantur Insignibus; ut conspectis iis, quibus cunque locis aut rebus, statim reminisci, aut etiam quærenti respondere queat, esse hæc Regis Portugalliae, illa Regis Sueciæ, & sic circa reliqua omnia.

(8) Majoribus præsertim, quos vulgo monetas ut & thaleros vocamus, aliis etiam, in quibus arma non solum distincte verum etiam accurate, exsculpi mos est.

(6) Literis imprimis patentibus, impressis, vel bulla appensis; aut in aliis denique documentis, adpositis, ad fidem faciendam, corroborandamque rei alicujus factæ veritatem.

(10) Atque hæcce subsidia Heraldica merito primum locum occupant, quod in iis, figuræ, debitiss metallis & coloribus sint expressæ; maxime vero in illis, quibus insignia ligno vel lapidibus insculpta, repræsentantur; ejusmodi vero monumenta sunt, ædificia publica, templa, tumuli, epitaphia, iisque addi solita vexilla, fenestræ templorum; porro vexilla navalia & militaria, certera.

(11) Videlicet que ad ornatum templorum spectant, ut vasa sacra, vestes missaticæ, antependia altarium, codices chorales & missatici, in quibus Episcoporum aut Abbatum insignia pingi solent; denique etiam huc spectant nova

V. Adepta sic Notitia, quæ dignata huic, vel illi personæ, familiæ, aut communitati sunt propria, porro pergendum est, ad acquirendam Insignium quorumlibet particularem notiam, eamque tam Theoreticam quam Practicam, adeoque discat, quæ ad compositionem & resolutionem Insignium scitu sunt necessaria.

VI. Et quidem *Compositionem* quod attinet, ante omnia (12), corum habeat curam, quæ supra Cap. III. sunt exposita; adeoque, prius quam de resolutione Insignium cogitet, accuratam illorum habeat rationem, quæ ad ~~speciem~~ spectant (13), ut eo facilior & felicior, ad reliqua fieri possit progressus.

VII.

nova quædam inventa, ut *Charta lusoria heraldica*, *Orontii Finii*, aliorumque; nec non *Mappe* quædam, in quibus Procerum Europæ arma, æri incisa, repræsentari novimus.

(12) Quicunque enim, in hac arte aliquam cum successu operam ponere voluerit, is ante omnia, de regulis & præceptis theoreticis, cogitare debet diligentissime, æque ut in omnibus etiam aliis disciplinis fieri solet; vani igitur, operamque & oleum perdidisse dicendi sunt, qui in hoc studiorum genere, suis auditoribus, figuræ insignium proponunt, & ab explicatione illorum primordia capiunt, antequam eorum animos, regulis & præceptis theoreticis sufficienter imbuerint.

(13) Adeoque discat noster, quæ de sectionibus scutorum, figurarum diversitate, earum scitu, ordine, tinctoris, &c. scitu

VIII. Post comparatam rerum ad theoriam spectantium sufficientem cognitionem, porro ad ipsam *praxim heraldicam* (14) ut perget, necesse est,

scitu sunt necessaria; Cumque hæc nostra disciplina, peculiares sibi & proprios habeat terminos technicos, illorum notitiam comparandam, de meliori sibi habeat commendatam; porro, speciali cura, etiam galeas, cum earum tegumentis & ornamentis perlustrat, proinde quæ circa has quoque partes, præcepta artis tradunt, quadam tenui addiscat; Absolutis sic partibus Insignium essentialibus, tandem & accidentalium habeat rationem, puta telamonum, notarum, & characterum, quibus certæ dignitates aut ordines equestres indigitantur, tesserarum militarium, & quæ sunt reliqua, Ornatus & majoris adparatus cauilla, recentiori ævo adiecta; Repetantur hic dicta pag. 25. seq. His absolutis, & de vi significativa insignium quorumvis, cogitandum erit, ut in evolutione eorum indicare queat, quam dignitatem, provinciam, possessionem, prætensionem, aut rei saltim amissæ memoriam, hoc illudque digma, significet indigitetque, conf. pag. 20. Num. 3. pag. 30. Num. 14. seq. Hanc notitiam dabant SPENERVS, TRIERIVS, KOFLERVS loc. supra cit. Tandem, iactis sic bene fundamentis, & de usu ac juribus tam ipsorum insignium, quam postessoribus illorum competentibus, sollicitus esse debet, quicunque huic disciplina ex professo, ut aiunt, fese mancipare velit, secundum ea quæ in *introduct. nostra* pag. - - clare satis & ample docuimus.

(14) Repete dicta pag. 20. num. 3. & ex iis disce, non esse, ut glorieris, si forte didiceris, quæ ad *Insignia* Insignium spectant, verum, tunc demum te, optime & cum fructu operam

est, quæ in evolutione pariter ac omnium partium ac figurarum descriptione consistit; quo vero modo & ratione, hac opera procedere debeant studiosi nostri, ex sequentibus regulis atque præceptis liquido cognoscere poterunt (15).

1. Inspice ante omnia, accuratori oculo, Insignium, quæ resolvenda tibi sunt, habitudinem, secundum omnes illorum partes, tam essentiales (16) quam accidentales (17).

2. Considera, an simplicia sint, vel composita ex multis arcis; si illud, statim resolve illa, secundum habitudinem vel sectionum vel figura-

rarum

operam locasse credas, quando omnia & singula Insignia, omnes eorum partes, sectiones & figuras, secundum fe-
cialium præcepta resolvere ac ordinate pronunciare que-
as; quomodo vero hæc praxis institui debeat, ex jam di-
cendis cognoscere est.

(15) Hanc methodum hasque regulas, vel ex ea ratione no-
stra meditationi adscribere haud veremur, quod nemo
inventus fuerit, cui hanc manuductionem & instru-
ctionem, acceptam ferre teneamur; vulgares libelli;
quam nihil hanc in rem habeant, pervolventi & cum no-
stra hac manuductione conferenti, ad oculum pacebit;
quod si etiam nonnulli sint, qui vires suas, hac in parte
periclitari, tyronibusque prodeesse voluerint, plerique
tamen rem non exhauserunt debite.

(16) De quibus dictum novimus supra pag. 26. Num. 9. 10.

(17) Has repetes velim ex pag. 27. Num. 9. seq.

rarum (18); si istud, attende rationem compositionis (19), eamque pronuntia; præsertim vero, si scuto principali (20) una *parmula minor*, vel plures (21) forte, sint adjectæ, velim consideres 1) *puncta* (22), in quibus sitæ sunt, 2) *digmata* in illis comprehensa (23), ac sic tandem, singula, debito ordine profer & enuntia.

3. Si

(18) Quomodo vero instituenda sit analysis, ex infra Num. 24, 29, 30. dicendis, discere est.

(19) Qua de re actum est supra pag. 29. Num. 13.

(20) Germanis *Haupt-Schild & Rücken-Schild*, respectu scilicet habito ad *parmulas*, si quæ occurrant; alias enim hæc adpellatio nullum habet locum, in insignibus, *parmulis minoribus*, destitutis.

(21) Ubi attendendum, an seorsim adpareant; quo casu, simpliciter vocantur, *parmula media*, *Mittel Schild*, *Gallis sur le tout*, quia toti Scuto incumbunt; an vero una *parmula alteri* sit *inferia*, & tunc *inferior* vocatur *media*, *superior*, Germanis *Herz-Schildlein*, *Gallis sur le tout de tout*; nec tamen semper in medio collocantur istæ *parmulae*, si plures adsint, ut Num; sequenti dicetur; quod si vero una tantum *parmula* adpareat, ea semper in scuti aut quadrantis medio collocatur; unde adparet, medias dici *parmulas*, non absolute sed *respective* tantum.

(22) Germanis *die Stellen*, qualia in insignibus tria sunt recepta, *punctum honoris*, *cordis*, & *umbilici*; ita locatæ sunt tres *parmulae mediae* in Insignibus Regis Porussiæ.

(23) Idque ob eam rationem, ut scire possis, an in analysi initium faciendum sit, a *parmulis medis*, an non; si enim nota majoris dignitatis, *mediae* *parmulae* fuerint *insertæ*, tunc ab illa incipiendum erit, in figurarum analysi; sin minus,

3. Si scutum variis constet areis, ipse conspectus docebit, *intersectum* (24) esse vel perpendiculariter, vel horizontaliter, vel diagonaliter; idque bis, ter, quater vel pluries; ex quo habitu, arearum oriuntur *regiones* (25), secundum quas, ordo resolvendi arearum figuram instituendus est; heic vero dolemus, in paucissimis Insignibus, eam, in collocandis digmatum areis, observatam esse ~~anaglyptam~~, quam regulæ feciales, ipsarumque

minus, tum demum aggregienda sunt scutula minora, quando figurarum iis insertarum ordo, id postularat.

(24) Arque haec sectiones, in analysi, ante omnia sunt attendenda & exprimenda, v.g. ista Insignia disecta sunt, perpendiculariter quidem quater, horizontaliter vero quinques, & sic porro; Cum vero exempla prostent, in quibus sectiones illæ, non omnes per totum scutum transseant, primo, sectiones totum scutum transeuntes enuncianda sunt, ac tandem reliquæ, partem tantum scuti dirimentes; dicas igitur: scutum istud dirimitur quinques horizontaliter, & quinques perpendiculariter usque ad cephalum, vel, usque ad pedem, vid. Insignia R. Porussiæ, Elect. Brunsuic. Principis Nassovici, Comitum Pappenheimensium, Truchsessiorum, aliorumque.

(25) Alias Ordines, Germanis Reihen derer Felder, spatia videlicet arearum, inter duas lineas transversim ductas obvia, quarum olim tres, quatuor & quinque, pro diversitate Insignium, ab Heraldicis statuebantur, peculiaria nomina habentes, videlicet cephalica, honoraria, media, umbilicaris, & perigæa.

60 DISS. DE NATVRÆ ET INDOLE ARTIS HERALD.

que dignitatum & possessionum, quas indicant, ordo nexusque postulabant (26); quid igitur circa analysin ejusmodi male dispositorum Insignium, factu opus fit, in subjunctis observationibus (27), edocemus.

4. Prolatis itaque sectionibus, ipsæ arearum regiones perlustrandæ veniunt, & quidem eo ordine, quem, ex digmatum præminentia, observatum fuisse, colligere possumus (28), adeoque singularum arearum figuræ resolvendæ, prout unius cuiusvis habitudine & forma (29).

5. Cir-

(26) An ignorantia, aut negligentia in causa sit, non determinamus; interim exemplum, debite, accurate, & secundum facialium leges constructorum insignium, vide in *Armis Potentissimi Regis Porussiæ*, in nostra *Introductione* propositum; & exinde etiam de aliis facile ferendum tibi erit judicium.

(27) In ejusmodi male dispositis Insignibus, ex historia illorum cognoscas, quæ præcipua in iis sint digmata, his perspectis, videbis, quo ordine singula fuerint colloca-ta; iis itaque cognitis, velim, ut in analysi eo ordine procedas, quem observatum fuisse, in ipsa arearum dispositione, reprehendes. Optandumque foret, ut scriptores heraldici omnes, ordinem arearum numeris indigessent, id quod a *BVSSINGIO & Auctore des Heraldischen Calenders*, observatum fuisse videmus, licet nec in omnibus semper, nec satis accurate.

(28) Repete, quæ in hanc rem diximus *Num. precedenti.*

(29) Qua de re in jam sequentibus, breviter agemus, cum insti-

5. Circa singulas vero areas observandum, an sectione quadam sint divisæ, nec ne; si istud, figuræ enuntiandæ sunt, pro sua habitudine & constitutione (30); si illud, enuntiata prius sectione, describatur quicquid loco honoratiori (31) adparet, ea quidem ratione, quam libri heraldici nobis propinuant (32).

6. Absolutis areis earumque figuris, galea-
rum,

instituti nostri ratio non permittat, omnes & singulas fi-
gurarum classes percurrere, earumque analysis heraldi-
cam heic ostendere, fecimus id ostendimus que, prolixe
satis, ut putamus, in *Introductione*, supra jam excitata.

(30) In hoc autem procedendi modo, supponitur accurata
figurarum tam honorabilium, quam vulgarium notitia;
potro, tinturas designandi modorum ratio, termino-
rumque heraldicorum, pro diversis rebus exprimendis,
usu receptorum sufficiens cognitio; verbo: omnium,
qua ad Theoriam rerum heraldicarum spectant, haud
superficiaria notitia, de quibus *Cap. II.*

(31) In sectione perpendiculari, locus honoratior est, scu-
ti latus dextrum; in horizontali & diagonalibus, pars
superior; in decussatis, pars superior, hanc sequitur in-
ferior, & tandem latera.

(32) Dolemus vero, scriptores heraldicos admodum inter-
se variare, tam in loquendi formulis, quam etiam in re-
solvendi ratione; quare mirari satis hauc possumus, cur
compendiarii scriptores, non sequantur *Menebrierium*
aut *Spenerum*, ut nos fecimus, in citata saepius *Intro-
ductione*.

rum, & quæ circa illas occurunt (33), analysis suscipienda est; ubi rursus conqueri necesum habemus, & in harum collocactionis ratione, debitam diligentiam, in paucissimis armis esse observatam (34); proinde in iis etiam perlustrandis, harum rerum studiosus, ea observare tenetur, quæ *Num. 27.* circa male disposita insignia, monimus esse observanda (35).

7. Post absolutam sic partium essentialium analysin, reliqua adjacentia, sive accidentales partes (36), aggrediendæ sunt; ubi initium facendum ab ordinum equestrium signis s. dignitatibus,

(33) Qualia sunt, quæ supra pag. 26. num. 9. recensuimus.

(34) Si una, semper in medio loco collocari debet; si duas, potior dextrum, altera sinistrum locum occupat; si plures fuerint galeæ, potior, in medio locum suum habeat, reliquæ alternatim locari debent, eo quidem ordine, quem isti numeri exprimit: 864213579. & sic porro.

(35) Adeoque ex libris heraldicis discat, quæ potiores sint galeæ, & sic tandem earum institutæ analysin, ita quidem, ut sigillatim & distinctè exprimat, ad quam aream, hæc vel illa galea spectet; galeæ analysin excipiat evolutio tegumentorum, reliquorumque galeæ ornamentorum, ex intuitu cognoscendorum; si nullæ plane galeæ conspicuntur, corona tamen, aut aliis ornamentis, tectum erit scutum, quæ pari ratione enuncianda erunt, pro corum habitudine.

(36) Has enumeravimus supra pag. 27. num. 10.

(37)

tibus, & quidem, debito ordine, primo de illis, quæ scutum immediate ambiunt; deinde, quæ pone illud collocata visuntur (37), tum reliqui officiorum ac dignitatum characteres (38); porro telamones (39), ac tandem conopea, si quæ ad fuerint (40); quarum omnium partium forma & tinctura, ex intuitu facile dignosenda, diligenter inspicienda prius, ac tandem rite exprimenda erit.

VIII. Atque hæcce sufficient, quæ ratione instituti, de Insigniis Analyſi, dicenda habuimus; nunc in votis effet, ut regulas has nostras, ad unum saltim genus Insigniū debite

(37) Supponitur vero & heic, notitia omnium ordinum equestrium, eorumque signorum, quam acquirere sibi poterit noster, ex GRYPHII Beschreibung aller Welt- und geiſtlichen Ritter Orden, conf. SPEN. Cap. VII. Signa ari incisa, vide etiam in nostra *Introductione*.

(38) Quo spectant pedum pastorale, enses, anchoræ, & reliqua, quæ pone scutum, per decussim collocari consueverunt, attestante intuitu.

(39) Hi variigeneris sunt, exempla in ipsis Insignibus passim occurunt; plura etiam ari incisa dedit RUDOLPHI in Heraldica Curiosa, Tab. 13. seq.

(40) Exempla vide in libris Heraldicis, circa Insignia Regis Galliæ, Porussiæ, Ducis Lotharingiæ, recentioris utique ætatis inventa, de quibus partibus singulis, docte differuit SPENERVS Cap. VIII. quem velim consulas, & quæ in nostra *Introductione* occurrunt. (39)

debitè applicare; adeoque, praxin ipsam resolvendi Insignia, ostendere possemus, verum cum angustia temporis non permiserit, Schema aliquod æri incisum, lectorum oculis heic subjicere, aliam resarcendi hunc defetum viam ingredi, ere nobis visum fuit; vide-lacet, omnibus nobis in Academia Jenensi viventibus constat, Insignia (39) Serenissimorum tum temporis Ducum Saxoniarum, eleganti forma, lapidique egregie incisa (40), omnium oculis esse exposita, in area Collegii academici, & quidem in latere turris, supra gradus extrectæ, quibus in auditorium Theologicum & Medicum ascendimus; Id quod egregium monumentum, ejusque contenta, cum quotidie oculis lustrare possint studiosi nostri, placuit heic nobis, Insignibus illis Saxoniciis, exempli loco uti, adeoque eorum Analysis, secundum regulas artis, breviter instituere; ex quo artis nostræ cultores discere poterunt, non solum, qua ratione, heraldico etiam oculo

(39) Ea subintellige, forma & habitudine adornata, quibus Duces Saxoniarum, illo tempore usi sunt dignatus, quo monumentum istud, publico hoc loco expositum est.

(40) Erectum fuit hocce monumentum ab Eleitoris Johannis Friderici filio A. 1557. ut ex versiculis (qui Stigellum auctorem agnoscunt, vid. ejus Poemat. Vol. 1. Lib. 9. pag. 397.) subscriptis, colligere est. (41)

oculo digmata illa intueri debeant, verum etiam, quomodo in aliis ejus generis exemplis, heraldorum verbis, exponendis, procedere debeant.

IX. Dicimus igitur: Scutum hoc, sectum est ter horizontaliter (41), bis vero perpendiculariter usque ad pedem scuti; in puncto honoris, parmulum cernimus medium (42); exinde tres oriuntur ordines arearum, cum annexo scuti pede (43). Parmula media novies transversim secta est, cuius spatia, nigro colore & auro alternatim tincta sunt (44), quibus diagonaliter ab angulo dextro superiori, superinductum viride rutaceum fertum (45), tanquam digma, originem gentis Saxonicae a Wittekindo Magno (46) ostendens; In media area regionis cephalicæ, videre est

(41) Nos Germani dicimus: Es ist dreymal gespalten, zweymal getheilet bis an den Fuss.

(42) Mit einem Mittelschild auf der Ehren-Stelle.

(43) Hat also drey Reihen Felder und einen Fuss.

(44) Das Mittelschild ist neunmal gespalten, wechselsweise mit Schwarz und Gold.

(45) Aus dem rechten Oberwinckel, geht schreg über das ganze bis an den Fus, ein grüner Rauten-Cranz.

(46) Zeigt den Ursprung des Hauses Sachsen an, von dem grossen Sachsen-Helden Wittekindo.

est *Leo*, corona ornatus, lingua protensa, & gradiens, una ex falculis projecta, fasciis transversis, ex minio & argento variegatus, caudam bifurcatam erectam superque dorsum extensam gerens (47), qui omnino Thuringie Landgraviatum denotat (48); Secunda huius ordinis area, sicut *Aquilam* auro tinctam, lingua protensa, alis & cauda expansis, in campo nigro, notatque dignitatem *Palarinatus Saxonie* (50); Tertiam aream huius regionis implet *Leo* niger, gradiens in campo aureo, una ex falculis projecta; lingua protensa, quæcum falculis, colore rubro tincta cernitur, cauda erecta & super dorsum extensa, *Misnie Marchionatum* signans (51); In secundâ regionis area prima, conspicimus *Leonem* talem, qualem nunc de-

(47) In dem ersten Feld der Haupt-Reihe, presentiret sich ein ferschreitender, geckreuter, mit roth und Silber quergestreiffter Lœw, mit vorgesetzter Zunge, vorgeworffener Pranke, doppeltem über den Rücken gewandnenem Schwanz,

(48) Bedeutet die Landgrafschaft Thüringen.

(50) Ein goldener Adler, mit offenem Schnabel, vorgesetzter Zunge, ausgebreiteten Flügeln und Schwanz, im schwarzen Feld, wegen der Pfalz Sachsen.

(51) Ein schwarzer ferschreitender Lœw, im goldenen Feld, mit vorgeworffener Pranke, offenem Rache, vorgesetzter, ther-

descripsimus, nisi quod iste, corona rubra sit or-
natus, campus etiam consitus est corculis rubeis,
estque symbolum antiqui *Comitatus Orlamundani* (52);
in altera area sese nobis sifit *Leo* itidem gradiens,
sed tinctura diversus, anteriori enim corporis
parte auro, posteriore, argento tinctus est, in cam-
po cœruleo, notans *Terram Pleissensem*, quæ Öster-
landiæ pars est (53). Sequitur nunc tertia regio,
in cuius area media, videmus duos palos rubros, in
campo aureo, tanquam symbolum *Comitatus seu*
Marchionatus Landsbergici in Österlandia (54); se-
quenti dextra area conspicimus *figuras* tres 2. 1.
positas, in quarum explicatione variant heraldi-
ci, nos, cum *Spenero* dicimus, esse cornua *scarabæi* ru-
bra

I 2

bra

ther Zunge und Klauen, mit über sich gewundenem Schwanz,
wegen der Marggrafschaft Meissen.

(52) Eben ein solcher Læw, der aber mit einer rothen Cron gezie-
ret ist, in einem goldenen mit rothen Herzen bestreuetem Feld,
wegen der Graffschafft Orlamünde.

(53) Eben ein solcher Læw, vorn golden, hinten silbern, im blau-
en Feld, wegen der Herrschaft Pleisse.

(54) Zwey rothe Pfale im goldenen Feld, wegen der Graffschaffte
Landsberg.

(55)

68 DISS. DE NATVRA ET INDOLE ARTIS HERALD.

bra, in campo argenteo, denotantia *Ducatum Angarie* (55); tertiam *aquila* implet auro tincta, coronata, alis & cauda expansis, in campo cœruleo, quæ *Palatinatum Thuringie* designat (52); ultima area in pede scuti, continet *rubram rosam* in campo argenteo, auro germinatam, viridibusq; interfoliis ornatam, symbolum est *Comitatus seu Burgraviatus Altenburgici* (53). Atque hactenus Scutum ejusque areas vidimus, sequuntur *Galeæ*, auratae, clatrisque clausæ omnes; tres vero tantum, in hoc monumento conspiciuntur; prima medium locum occupat, recto situ locata, circumfusa aureis nigrisque laciniis; ornata, cum imposita corona aurea, ex qua pileus turbinatus, cum digmatibus mediæ parvulae, eminet, desuper corona & pavoninis pennis ornatus, hæcce galea

(55) Drey rothe Schräter Härver 2. 1. im silbern Feld, wegen des Herzogthums Engern.

(52) Ein goldener, gecränter Adler, mit ausgebreiteten Flügeln und Schwanz, wegen der Pfalz Thüringen.

(53) Eine rothe mit Gold besaamte Rose, mit grünen unter Blättern, wegen der Graf- oder Burgräffschafft Altenburg.

(54)

galea pertinet ad medianam parmulam (54); Secunda, versus sinistram inclinata conspicitur, cuius vittæ, altera parte cœruleo colore, altera argento tinctæ conspicuntur; corona itidem ornata est, ex qua prominent duo cornua argentea elephanti, recurvis & apertis extremitatibus, quarum latera externa, quaterni bacilli foliati ornant (55), spectat ad digma Thuringicum. Tertia galea versus dextram inclinata est, cuius tegumenta alternatim auro & nigro colore tintæ sunt, in ista eminent herma virilis, crinibus albicantibus, acuminato pileo tectus, vestis æque ac pileus, in modum palorum, tenuius alternis argenteis & rubris distinguntur, spectat ea ad digma

(54) Der erste Helm steht im Visir, ist golden, und mit Bügeln geschaffen, die Decken sind gemischt mit Gold und schwarz, geziert mit einer Cron, aus welcher hervorgeht ein spitzer, mit der Figur des Mittelschildes, und oben mit einer Cron und Pfauen Federn gezielter Huth.

(55) Der andere Helm steht links gewandt, die Decken sind blau und silber, er ist mit einer Cron geziert, aus welcher hervorgehen, zwey silberne Büffels Härrner, so an denen äussersten Seiten, mit vier grünen Zweigen bestecket sind, gehæret zum Wappen von Thüringen.

70 DISS. DE NATURA ET INDOLE ARTIS HERALD.


ma Misnicum (56). Telamones sunt, a dextro latere, vir sylvestris, dextra clavam elevatam tenens, a sinistra foemina silvestris, quæ sinistra manu clavam demissam ostendit (57).

X. Atque hæc est analysis Insignium Saxonorum, quatenus ea, dicto loco & quidem publico, repræsentantur; cum vero de dignatibus illis, eorumque significatu varient subinde Scriptores, velim studiosi nostri evolyant SPENERVM, Operis Heraldi, Parte II. in Proleg., ubi latius de Insignibus Saxoniscis edisseruit.

(56) Der dritte ist rechts gewandt, die Decken sind gold und schwarz, auf selbigem ist zu sehen, eine, an den Armen gestümmele Mannsperson, mit grauen Haaren und Bartb, bekleidet mit einem, die Länge herunter mit roth und silber gespreiffsten Kleid, die Müze eben so, an deren Ende ein Busch von Pfauen Federn zu sehen.

(57) Die Schildhalter sind zur rechten ein wilder Mann, so einen Kolben in der rechten Hand empor hält, zur lipcken eine wilde Frau, so einen Kolben vor sich nieder hält.


COROL-



COROLLARIA.

1. Qui Historiam, *vitæ Magistrum*, dixerit, non nudam & crudam rerum gestarum narrationem, sed pragmaticam intellexisse, putandus est.
2. Noscere Deum, noscere se, noscere mundum, haec tria cupiebat Augustinus, ut fundamentum omnis sapientiae.
3. Igitur, si sapimus, *multum* potius quam *multa* discimus.
4. Si *methodus* pars Logicæ præcipua, cur multi Logicam discentes, de methodo tamen sunt solliciti?
5. Illi Philologi, qui *verbis* tantum, non vero & *rebus* inhiant, comparandi sunt illis, qui cortici inhærent, nucleus e manibus amittunt.
6. Physicum non facit *ratio*, aut *adparatus* instrumentorum, sed utriusque *usus*.
7. Luna lumen magnum, *lux* non est, *magna* non est.
8. Qui *Geographiam* discere velit, a *Generali* initium capiat necesse est, sed & *Generalis* sine *Speciali* parum utilitatis habet.

9. *Politica*



9. *Politica recte dividitur in publicam & privatam, il-
lam multi, hanc nec multi nec pauci curant.*
10. *Merito queritur, cur is, qui *decore* vivit, plus ex-
istimationis vulgo habeat, quam, qui *juste & ho-
neste*, non vero *decore* vivit?*
11. *Dicendo dicere discimus, recte ait Tullius, ergo
in dicendi artibus, exercitatio plus valet, quam
regule.*
12. *Recte Hesiodus de eruditione ait, ex iis eam esse,
qua superi laboribus vendunt.*

FINIS.



194
163
~~2171~~
279.10

6018



Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres



A. D. T. O. M.
SSERTATIONEM
DE
**RA ET INDOLE
HERALDICÆ,**

Oder
**Natur und Gesetzen der
Appen - Kunst,**

INCLYTI PHILOSOPHORVM
IN ACADEMIA IENENSI,

O LOCO
MAIORVM MORE RITEQVE
IMPETRANDO,
ERVDITORVM EXAMINI
SUBMITTET

INVS SCHMEIZEL
TRANSILVANVS-SAXO,
RESPONDENTE
NICOLAO KOCH,

VERDENSI
Junii A. R. S. M DCC XXI.

ET EMENDATA 1740.

Æ MAGDEBURGICÆ,
DOV. SYMPHERI, ACAD. TYPOGR. (9)